
CG DL
Manesserius in et fecit

NICOLAI MYLERI ab Ehrenbach/

Consiliarii Würtembergici

TRACTATUS

De

JURE

ASYLORUM

Tam Ecclesiasticorum quàm Secularium.

In Quo

Omnia fere Asyla, quæque in Orbe omnium Gentium, & Populorum usu adhucdum vigeant, Eorumque ab omni ævo competentes qualitates & conditiones, ac quibus Profugis illa pateant aut præcludantur, recensentur:

Præsertim verò

De illis Asylis, quæ in Imperio Romano Germanico etiam nunc temporis efflorescant & quibus Asyla aperiendi jus fasque sit, annexis variis Provinciarum Constitutionibus, latiùs differitur;

Præviis Summariis

Cum

Indice Gemino, tàm Quæstionum, quàm Rerum & Verborum.

Editio Secunda.

TUBINGÆ,

Sumptibus JOH. GEORGII COTTÆ.

Typis MARTINI ROMMEII.

Anno M DC LXXXVI.

VIRIS

Nobilißimis, Excellentißimis, & Amplissimis,

Inclyti Collegii Facultatis Juridicæ in Alma, & perantiqua Studiorum Universitate

TUBINGENSI

DNN.

DECANO, DOCTORIBUS

ET

PROFESSORIBUS

Publicis Celeberrimis,

Dominis Mæcenatibus & Evergetis meis submisso animi cultu venerandis,

Vitam & Salutem prosperrimam

Editor.

Quorum patrocinio dudum in variis rebus usus sum, hisce non possum quin gratum animum semper & ubique significem, measque res omnes commendem: id quod nunc humili oblatione *Tractatus* hujus, impensis meis iterum editi, facere volui; certus illum lectione vestra, & judicio dignum esse, adeoque pretium à se ipso magis, quam ab offerentis tenuitate accipere. Est hic inter eximia ingenii opera Viri quondam *Magnifici & Nobilissimi, Domini* NICOLAI MYLERI ab Ehrenbach/ *JCti Excellentissimi, Serenissimi VVirtembergiæ Ducis Consiliarii Secretioris Regiminis, & Illustris Consistorii Directoris*, fama & meritis undique gravissimi, celeberrimi: cujus multa prælo & expensis suis publici juris facienda commisit antehac, cum viveret, *Johannes VVyrichius Rößlin*, Typographus Würtemb. ordin. hunc ipsum *Tractatum* Nobilissimo, Excellentissimo, & Amplissimo Collegio

legio Vestro ante hos viginti tres annos; nuncupans & consecrans. Cum quo pari spe ex iisdem causis fretus sum, libellum hunc *Vestris Nobilissimis & Amplissimis Excellentiis* non posse non esse gratum & acceptum: quippe cujus *Author* Magnificus præteritis annis & Vestrorum laudatissimorum Dominorum *Antecessorum*, & vester quoque totus fuit, & ad finem usque vitæ, quod testabimini, mansit, tum aliis muneribus, & officiis, tum quod à SERENISSIMO DUCE in numerum *Visitatorum* inclytæ *Universitatis* hujus allectus, & tanti ab omnibus æstimatus est, ut illius memoria adhuc inter Vos floreat immortalis, nec ad alium Ordinem melius præstantissimi illius Ingenii fœtus ferri, & dicari debeant, quam ubi prima Jurisprudentiæ capita olim à se exhausta fuisse idem publice quoq; confessus est: qui si adhuc viveret, & gloriæ vestræ superstes interesset, gauderet ipse & gratularetur Vobis de novis *Collegii Facultatis Vestræ* incrementis, & insignibus plane augmentis, quæ parem pristino acceperunt splendo-

rem,

rem, & similem in paucis Germaniæ, imo Europæ, Academiis inveniunt: quo ut amplius Orbem hunc illuminetis, accensa ubique Justitiæ face, ipse DEUM supplicibus precibus rogo. Accipite ergo à me quoque *Mæcenates*, & *Evergetæ* maximi, quicquid rursus edendo *Tractatui* huic impendi, boni præsertim publici gratia, cui pro virili mea juvando, *Mylerianis* istis operibus, laude mea non indigis, in populos & gentes per typos mittendis, operam attribui variam, & industriam, cujus nec alios, nec me pœnitebit; præsertim si hanc præsentem quoque vestris Nominibus & Luminibus sacram, æquo, quod rogo, & spero, amplectimini animo, meque favore vestro ultra dignari haud detrectabitis. Faxit DEUS Ter Optimus Maximus ut *Collegium* vestrum perstet, & perduret omnis Sapientiæ Templum, & Justitiæ Asylum, ad quod confugiant, & præsidium inde capiant omnes, qui vestra ope, vestrisque consiliis, opus habent domi, & foris, in judiciis, & curia, inque omni re publica & privata,

vata. Sic omnes optime valete, & diutissime salvi & incolumes vivite DEO, Duci, Academiæ, & Patriæ, civibus, & exteris, Vobis denique ipsis, & Familiis vestris, ex voto

Nobilissimarum & Amplissimarum Excellentiarum Vestrarum

Tubingæ
Die XXV. Augusti
Anno Salutis M DC LXXXVI.

Submissa animi reverentia
devotissimi servi

JOANNIS GEORGII COTTÆ.

PROOEMIUM

Prioris Editionis.

TYPOGRAPHUS LECTORI SALUTEM.

Quantis infirmitatibus πρωτόπλαςος Adam, vagâ ductus libidine, Dei, Creatoris sui jussum floccipendens, deplorando lapsu posteros dederit obnoxios, sacræ docent paginæ, tristis eventus, tristissima secla contestantur. Quam prolem commiserandè vacillantem porrò Summus ille JOVA auxiliaturus, & inculcatæ, innatæque huic fragilitati humanæ, ausu Cyclopico deteriora flagranti, meliora proculcanti, æstuoso suo motu, Turbinis ad instar, infenso ore, ferociente corde, sensu præcipiti stolidoque fervore exitialia minitanti, indeque plurima sæpies ovanti maligna, tremebunda tandem parturienti delicta, opem ferre cupidissimus certa infirmitatum struxit refugia, Asyla immunitatum loca,

ça, Civitates, quas ſolas iis, qui humanâ fragilitate, imbecilli conatu, tædulo irritamento non culpâ ſed caſu fatali & ex improviſo duntaxat mali patrarint quidpiam, incolere liberum erat, divinoque ore easdem dimenſus eſt expreſſis biblicis, & Tempus permanendi Iſraelitis determinavit confugis; *Et locutus eſt Dominus ad Joſue, dicens, loquere filiis Iſrael & dic eis, ſeparate Urbes fugitivorum, de quibus Locutus ſum ad Vos per Manum Moyſis, ut confugiat ad Eas quicunque animam neſcius percuſſerit & poſsit evadere iram proximi, qui ultor eſt Sanguinis cum ad unam harum confugerit Civitatum ſtabitque ante portam Civitatis, & loquetur Senioribus Urbis illius ea, quæ ſic comprobent innocentem ſicque ſuſpicient eum, & dabunt ei locum ad habitandum. Cumque ultor Sanguinum fuerit perſecutus, non tradent in manus ejus, quia ignorans percuſsit proximum ejus nec ante biduum triduumve ejus probatur inimicus. Et habitabit in Civitate illa, donec ſtet antè judicium, cauſam reddens facti, & moriatur Sacerdos magnus qui fuerit in illo tempore, tunc revertetur ho-*

mici-

micida & ingredietur Civitatem & domum suam, de qua fugerat. Decreveruntque Cedes *in Galilaa, montis Nephthali,* & Sichem *in monte Ephraim,* & Cariath-Arbe, *ipsa est Hebron in monte Juda. Et trans Jordanem contra Orientalem Plagam Jericho, statuerunt* Bosor, *quæsita est in campestri solitudine, de tribu Ruben,* & Ramoth *in Galaad, de Tribu Gad,* & Gaulon, *in Basan de Tribu Manasse.*

Hæ Civitates constitutæ sunt cunctis filiis Israel, & advenis, qui habitabant inter eos, ut fugeret ad eas, qui animam nescius percußisset, & non moreretur in manus proximi effusum sanguinem vindicare cupientis, donec staret ante Populum, expositurus causam suam.

Nec expirarunt loca Eadem mutatis Lustris, MUNDI arrepente Senectâ, sed undique Terrarum promanare cœperunt. Quippe divina Luce carens Ethnicus easdem liberas permansiones ex improviso delinquentibus: Easdem Persa, Turca, Indus, Alemannus, imò, uti Annales referunt. Universa ferè Mundi Machina sanxit: Quot Claustra,

Monasteria, Templa, Cœmiteria, Arces, Civitates, Palatia; Templorum Porticus, Regum horti, &c. Imperatoriis Edictis inde confugientibus securas despondent libertates? Quot scelera patrantes Persarum *Syarethname*, Literæ portatiles præmuniunt, incolumesque reddunt? Quot culposos homicidas fatali casu, Caldæum juxta, utpote DEI ductu, & justo judicio in manus traditos obtruncantes tuetur Asylorum cumulus?

Ast, quemadmodum impunita delicta nullus excogitare audet, sed ipse Justus Judex, Vindexque Justitia, DEUS Ter Optimus Maxumus, Primus Legislator, Israelitas malevolè & dolosè delinquentes segregare jussit, pœnisque justis subjici: Sic nulla unquam refugiorum Loca istiusmodi depravatis malitiosis patrocinantur, sed condigna semper factis inferunt Supplicia, Eorundemque tentamina abhorrent.

Delictis etenim indultum hoc nimium, & concessa refugiorum farrago quas tædulas adaperuerit fenestras, omnisque generis cri-

mina & flagitia occurſarint? neminem latebit: Italus ſibi ipſi anguem in ſinu fovit, Deprædatores, Depeculatores, Sicarios, artes circulatorias, aliasque nequitiarum Sordes, inſtar adinventi Exercitii centum Boum mactatione lauro Cedroque digni, Profitentes, machinasque dolorum, & Agyrtarum Molas affectantes ſuis detinens aſylis, & provirili, ſub Ægide tuta quaſi, etiam ſuſtentans,

Inde Vicina aliorum tandem periculo cauta Germania haſce locorum immunitates, deliberato conſilio, coërcere, coarctare, atque reſtringere concupivit, divinans, laxatis habenis delictis arrepentibus ſtrictiori jure & Zelo obviare, Saluti publicæ intereſſe plurimum, iisdemque ſceleribus accreſcentibus & pœnas accumulari, ſummam ſuadere neceſſitatem.

De qua materia plurimi quàmvis prævio luſtro ſua concoquere, & ſedulæ poſteritati pio derelinquere Voto ſtuduerint, dehinc Authoris hocce propoſitum nulla raritas, nulla oſtentoſa adinventio hæreat: nihilominus Anteceſſores operæ pretio imitari ſolùm, & pauca hæc delineata conducibilia maximè, quæque dilabente hoc noſtro ſeculo, Mundi Centro, Singulis propè Regnis & Provinciis adhucdum eodem ſecuritatis jure loca vigeant, quos Eadem ſecurent, quosque conculcent, ac proſternant, aut pœnâ meritis condignâ afficiant? inprimis verò, quæ immunitatum adminicula, & refugia REUTLINGA Civitas, Ipſi Meditullio Würtembergici Ducatus inſita quaſi, Confugis adſtipulari nixa ſit, meo exoratu, pertractare, & quæ de hac materia (ſalvo tamen cujuscunque Sanioris aſſerto) citra omne nefas, nullius derogativa Juri, propria Mens ſibi ſuadeat, acie curta ſerere allubuit. Quæ tu, Candide Lector, quisquis fueris, ſincerâ fronte, Theone eliſo, perluſtrare, ſcrutari, indagare, uſumque exinde haurire, capere, ſi modò volueris, certè poteris. Vale! Dabam Stuttgardiæ Prid. Cal. Aprilis, Anni Meſſiani 1663.

INDEX

INDEX QUÆSTIONUM.

XXVI.

DE ASYLORUM JURE.

CAPUT I.

De Asylorum Antiquitate.

SUMMARIA.

1. *Asyla omnes apud Nationes semper fuerunt consueta.*
2. *Hæc Securitatis Loca in variis Locis constructa fuerunt.*
3. *Asyli Definitio.*
4. *Delinquentibus semper tuta & secura.*
5. *Apud Græcos Cadmus Thebas conditurus Asylum constituit.*
6. *Ægyptii securitatis locum ad Canopicum Nili ostium aperuére.*
7. *Apud Romanos Romæ & Imperii Romani primus structor Romulus primum Asylum constituit.*
8. *A Romulo ad Moysen non recta fit illatio.*
9. *Deus primus Asylorum Author apud Hebræos.*
10. *Iisdem summè necessaria.*
11. *Deus Altare Asylum constituit.*
12. *Rex Demetrius Hierosolymitarum Templum pro securo loco Hebræis concessit.*

OMnes ferè Nationes, cujuscunque etiam sectæ aut Religionis fuerint, tantùm (ast nimiùm superstitiosè) tribuerunt *Numini Supremo*, ut eos, qui suplices ad suam Tutelam confugerunt, inviolabiles, & à vi injusta immunes conservarent. Et tales, qui violassent, dignos irâ Dei, & gravissimis pœnis arbitrati fuerint. Quod ex *Ethnicorum*, *Iudæorum*, & *Christianorum* moribus, legibus atque & gestis doceri potest.

2. Hæc refugii & ſecuritatis loca, non tantum in *Templis* ſed etiam alibi, nempe in locis *Secularibus* data & conſtructa fuiſſe paſſim legimus, apud Petr. Greg. *de Republ. lib.* 13. *cap.* 22. *num.* 1. *&* 2. Petr. Ærod. *Rer. Iudicat. lib* 1. *tit. ult. cap.* 4. Alex. Ambroſ. *de immunit. Eccleſ cap.* 1. *num.* 3. *&* 4. Leibfrid. *de Aſylis, poſit.* 11. *paſſim.* Ideo de hac materia verba facere libet.

3. Itaque, ut à Definitione exordiar, *Aſylum eſt locus inviolabilis, & conſecrationis lege tutus, ad quem confugientes ſine ſummo piaculo avelli aut abduci non poſſunt.* Aut brevius tradendo: *Aſylum* definitur *locus refugii, immunitatem contra vim præſtans*; Quod Germanicè eine Frenhung / Gallicè verò *Franchiſe* communiter vocabitur: Petr. Greg. Tholoſ. *in Syntagma. Iur. lib.* 33. *cap.* 28. Georg. Ritterhuſ. *tractat. de Aſyl. cap.* 2. *in fin.* Item Tholoſan. *de Republ lib.* 13. *cap.* 22. *n.* 1. Merckelbach. apud Klock. *vol.* 1. *conſ.* 10. *n.* 307.

4. Ab omni autem ævo Aſyla, & tuta Homicidis, aliiſve delinquentibus fuiſſe refugia conſtituta, præſertim in condendis novis Urbibus, ex Hiſtoricis paſſim liquet: Sicuti hoc pro remedio adæquato replendi Urbem Civibus, tradit Herold. *de Condend. Vrbib. cap.* 18.

5. *Apud Græcos Cadmum*, dum *Thebas* condiderat, *primum*, ferunt, *Aſylum* inſtituiſſe; quo perfugientes, ſive ſervi, ſive liberi, ab omni pœna tuti eſſent, nec exinde per vim abduci poſſent. Alii vero, prognatos *Herculis* primos Aſylum *Athenis* aperuiſſe dicunt; Halicarnaſ. *lib.* 2. *in Sigæo.* Joann. Coras. *in miſcell. lib.* 5. *cap.* 23. *num.* 1. Covarr. 2. *Var. Reſol. cap.* 20. *ſub num.* 2.

6. Fuit quoque *in Ægypto* ad *Canopicum Nili* oſtium *Aſylum* inſtitutum, ac Herculi conſecratum, cujus meminit Herodotus; *Erat*, inquit, *& in eo littore quod nunc quoque eſt, Herculis templum ad quod ſi quis cujusque hominis ſervus confugiens*

fugiens capiat Sacras nostras, sese Deo tradens, eum nefas est tangere. Herodot. *lib.* 2. *Histor.* Fuit etiam in dicto *Ægypti Regno* Osiris Asylum, & in Syria Apollinis, teste Strabone in *Geograph. lib.* 17. *& ult.*

7. Apud *Latinos* primus Urbis Romæ & Imperii Romani Conditor *Romulus*, quo novam Civitatem numero inhabitantium augeret, seu complendæ Urbis gratia, Convenis *Asylum* patefecit, & quidem ad locum opacum, & vallem inter Capitolium & arcem, quo quilibet confugiens securus erat; Teste Tito Livio *lib.* 1. *histor.* Eutrop. *hist. lib.* 1. Plutarch. *in Romulo.* de quo Ovidius *Fastorum lib.* 3. scribit:

Romulus ut Saxo lucum circundedit alto
Quilibet huc, inquit, confuge tutus eris.

Simili modo Virgilius canit, *lib.* 8. *Æneid.*

Hinc locum ingentem, quem Romulus acer Asylum.
Retulit. Vide latius Martin. Mager. *de advoc. armat. cap.* 18. *num.* 80. *& seq.* De hoc Romuli Asylo tractat quoque Lactant. *lib.* 2. *cap* 7. Augustin. *de Civit. Dei. lib.* 1. *cap.* 24. Polydor. Virgil. *de rerum invent. lib.* 3. *cap.* 12. Georgius Ritterhus *dict. tr. cap.* 5. *num.* 3.

8. Nec concoquere potest *Dn. Ioh. Heinric. Stamler. de Reservat. Imperat.* §. 61. *num.* 5. Tam amplificas Romuli laudes, quibus *Arnoldus Clapmarus*, eundem prosequitur, quod hoc medio Romanam Civitatem non solùm Civibus locupletaverit, verum etiam vicinas simul Civitates, hujusmodi generis ferocibus & pravis hominibus purgaverit; illustrando hoc insuper exemplo *Mosis.* De quo Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib* 4 *cap.* 5. Et quidem meritò. Sicuti enim ab Exemplo Moysis ad Romuli factum, minimè adæquata illatio fieri potest; Ita nec gloriosum, nec tutum est, Urbem noviter conditam, Homicidis aliisve sceleratis Civibus adimplere, quorum ingenia, ut plurimum conscientiæ

morsu sunt inquieta, & ad novas res moliendas prona, quod benè annotavit Virgilius Malvezzi. *in Vita Romuli*, hisce verbis: *E' nimica delle Città nuove la quiete, ogni speranza stà nel movimento. Le gente che non sono at te à viver nelle Citta, sono atte à combattere nelle campagne; E chi non sà essere buon Cittadino, suol esser buon Soldato.* Marchio Virgilius Malvezzi *in Romul. fol. m.* 35. Hoc tamen sciendum, *Civitatem Reutlingensem*, nomine à sylvis eradicatis, (Reutlingen à Verbo außreutten) adepto, quo citiùs repleretur Civibus, ab Imperatoribus Asyli privilegium obtinuisse, vulgò & communiter refertur: Similia de Etruriæ Civitate *Pisa* Magno Duci Etruriæ subjecta legimus.

9. *In Republica Hebræorum Deus* ex singulari causa & ratione *primus Asylorum Auctor* & institutor fuit. Nam Deus Ter. Opt. Max. populo Israëlitico *sex Urbes refugii* constituit, in quas sese reciperet afflictus, qui hominem percusserit ad necem usque, neque tamen ei insidiatus esset, sed *nolens sanguinem* (ut textus loquitur) *fuderit*. id est, qui non ex dispositione, sed præter voluntatem commiserit Homicidium. Exodi *c.* 2. *v.* 12. 13. Deuteron. *c.* 19. *v.* 2. Numer. 35. *v.* 11. Josuæ 20. *v.* 2. Ubi Dn. Osiander, & Robert. Stephani Junior. Zepper. *de legibus Mosaicis lib.* 1. *cap.* 7. *ac lib.* 4. *c.* 14. Martin. Mager. *de advoc. armat. cap.* 15. *num.* 80.

10. Omnino autem necessarium quodammodo erat, *Judæis Asyla* & refugia fuisse constituta. Nam cum *Cognato* occisi licuerit propria authoritate, necem defuncti vindicare, & percussorem proæreticum è medio tollere, ne vindictæ cupiditas etiam in innocentes sæviat, & eo sanguine terra polluatur, de ejusmodi securitate Deus prospicere voluit. Ac ut Germanica versio loquitur: Daß sie (Todschläger) unter euch frey seyen für dem Blut-Rächer. Josuæ *cap.* 20. *v.* 3. Salvo tamen juris & justitiæ examine. Num.

dict.

dict. cap. 35. *v.* 12. Quod optimè explicat. Dn. Georg. Ritterhus. *dict. tr. de Asyl. cap.* 4. *num.* 3.

11. Similis refugii locus à *Deo Ter. Opt. Max.* constitutus fuit *Altare*, ut Homicida non voluntarius ibi securitatem haberet, nec inde avelli posset; Exod. *cap.* 21. *v.* 13. & 14.

12. *Rex Demetrius* concedens *Iudaeorum Genti* cumplura privilegia, inter caetera haec quoque adjecit: *Et quicunque confugerint in Templum quod est Hierosolymis, & in omnibus finibus ejus, obnoxii Regi in omni negotio dimittantur, & universa, quae sunt in Regno, libera habeant.* Machabaeor. *lib.* 1. *cap.* 1. *vers.* 34. Ritterhus. *dict. tract. cap.* 5. *n.* 7.

CAPUT II.

De Locis, in quibus Asyla constituenda sunt, praesertim in Templis.

SUMMARIA.

1. *Gentilis varia asylis consecravere loca.*
2. *Templa Ethnicis fuerunt Asyla.*
3. *Asyli descriptio.* *Asyla Templa dicta sunt.*
4. *Templa Graeci vocant Asyla.*
5. *Etymologia Vocabuli ἀσύλȣ.*
6. *Asylum Misericordiae Templum*
7. *Graecis & Romanis Asyla Sanctissima.*
8. *Ad aras fugitivos, evulsuri, Sacrilegis annumerati sunt.*
9. *Exempla. Argivorum. Sybaritarum.*
10. *Atheniensium.*
11. *Wandalorum.*
12. *Ratio hujus ab Ethnicis attributa Sanctitatis.*
13. *Credunt Dei potius quam hominum esse causas. Proditor Ducetius Siciliae patriae.*

CAeterum *Asylis* varia loca à Gentibus consecrata fuerunt; veluti *Luci, Fana, Arae, Sepulchra, aedes AEsculapii, Riphaei montes, Signa in castris, Statuae Imagines Caesarum, Re-*

gum domus & alia. De quibus Alex. ab Alexandr. *dier. genial. lib.* 3. *cap.* 20. P. Gregor. Tholosan. *lib.* 33. *Syntagm. cap.* 21. *num.* 11. *& seq.* Quod latissimè deducit. Georg. Ritterhus. *de Asylis c.* 3. *per tot.* Vide Tiberi. Decian. *in tr: de crimi. lib.* 6. *cap.* 24. *num.* 1. Covar. 2. *Var. Res. c.* 20. *subl. n.* 2. Mager. *dict tr. cap.* 15. *n.* 81. Asyli beneficium meminit quoque Ulpianus *in l. si quis sit fugitivus.* 17. §. *apud Labeonem.* 12. *D. de adil. edict.* Exempla Historica vide quoque apud Zuinger. *in Theat. Histor. vol* 23. *lib.* 2. *verb. Securitas; loca secura.* Baierlinck. *in Locis Histor. Verb. Securitas & V. Asylum.*

2. Inter sanctiora Asyla apud Ethnicos & idololatras *Templa* semper habebantur. Nam ἄσυλον dicitur *locus à prædatione immunis*, cui periculum non est, ne præda fiat, quem spoliare nefas est, à violentia tutus & Securus.

3. Talem immunitatem *Ephesiis in Templo Dianæ* servatam fuisse testis est Cicero *tertia Orat. in Verrem.*

4. Quamobrem & asyla, *Templa* dicta fuisse ex Livio constat, qui *lib.* 35. *historiar.* scribit: *Eâ Religione & eo jure sancto, quo sunt Templa, quæ Asyla Græci vocant.* Latius Petr. Gregor. Tolos. *dict. cap.* 33. *num.* 30.

5. Idcirco *dicta* est hæc securitas, ἄσυλον, à particula ἀ, habenti vim privandi, & συλάω, *rapio*, Quoniam inde rapi nemo possit, ac cui periculum non est ut prædæ fiat, quem spoliare nefas est, is à violentia tutus & sacro sanctus existit. Martin. Mager. *de advoc. armat. cap.* 15. *n.* 70. Joh. Christ. Leibfrid. *de asylis. Thes.* 1. Merckelbach. apud Klock. 1. *consil.* 10. *n.* 308.

6. Quasi Asylum *misericordiæ* Templum dixeris, unde neminem per vim extrahere fas erat. Calvin. *in Lexic. verbo Asylum.* Caspar. Klock. *de contribut. cap.* 18. *num.* 191. Quod latius deducit Rittershus. *dict. tr. cap.* 1.

7. Sanè

7. Sanè *jus Asylorum* apud veteres tàm Græcos, quam Romanos omnino *sanctissimum* fuit. Nam inter sacrilegos numerabant eum, qui ab aris supplices, & ad Dei tutelam fugientes dimovebant.

8. Unde omnes ferè Gentes, fas non esse ducebant, supplicem abstrahere à Templo ad supplicium. Vid. Petr. Greg. Tolos. *dict. cap.* 21. *n.* 9. Decian. *dict. cap.* 24. *num.* 1. Covarr. 2. *varia. Resolut. c.* 20. *sub n.* 2. Nam quod in Templum confugientes veniâ & miseratione digni sint, docuit jam olim Virgilius, dum cecinit:

—— Cunctis nam lecti navibus ibant
Orantes veniam & Templum clamore petebant.
lib. 1. *aneid.* Et *lib.* 6. *aneid.*
Talibus ornabat dictis, arasque tenebat.

9. In cujus fidem *Exempla* passim sunt obvia. Cum *Milites Argivi* mulierem ab ara ad supplicium poscerent, quod *Bryantem Præfectum* occidisset; alioqui cædem & sanguinem denunciarent; maluerunt *Argivi* bellum cum civibus, quàm cum Diis immortalibus gerere. *Sybaritæ* consulerant Oraculum, perpetuóne abundanti & beatâ vitâ viverent, quâ fruebantur? Respondit: Tam diu fruituros, quam diu non pluris hominem quàm Deum æstimassent, quod eis tum accidit, cum Dominus servum nihilominus verberavit, qui ad aram Deorum: alium verò servum innoxium dimisit, qui ad Patrium monumentum confugisset. Petr. Ærod. *lib.* 1. *rer. judicat. cap.* 4. *à princip.*

10. Sic dum *Pausanias* apud Athenienses Patriæ Reus, ab Ephoris, id est, à supremo Atheniensium Magistratu persequeretur, in Templum *Palladis* auffugisset, vique inde extractus fuisset, in causa fuit, ut gravi lue plecterentur Athenienses: Neque id piaculum expiare possent, & à lue liberari,

rari, donec, postquam Pausaniam Templo restituere non poterant, duas saltem Statuas, ipsum referentes, in eodem Templo & Apollinis responso statuerent. sicuti refert Tucidid. *de Bello Pelopon. lib.* 1.

11. Varia insuper Exempla *Pausanias* adducit, quibus divina ultio continuò apparuit, quocunque loco & tempore supplices violati fuerunt. Pausan. *lib.* 7. *histor.*

12. Tantam quoque Sacris exhibuerunt reverentiam *VVandali*: Olim enim dum Deastros colentes, nemus possidebant, quod unicum erat in terra illa, quæ tota in planitiem sternebatur, illic inter vetustissimas quercus habebant *sacras arbores*, quæ dicatæ fuerant Deo terræ illius, Prone, quas ambiebat atrium & seps accuratior, lignis extructa, continens duas portas. Præter penates enim & oppida, quibus singula (ut putabant) numina inerant, locus ille genti sanctimonium fuit & universæ terræ: Cui Flamen, & feriæ, & sacrificiorum varii ritus dedicati fuerant. Illuc omni die lunæ cum *Regulo*, populus & Flamen convenire solebant propter judicia: ingressus atrii omnibus interdictus, præter sacerdotem, & sacrificii causa venientes, vel *Quos mortis urgebat periculum*, erat enim constitutum miseris Asylum. Hæc Albert. Krantz *in descriptione Wandaliæ lib.* 4. *fol. m.* 39. Vide etiam M. Aurelii Cassiodori *Varias Epist. lib.* 2. *Rescript.* 11. *ac lib.* 3. *Rescript.* 47. *fol.* 114.

13. Ex quibus constat, quod *Ethnici* quoque crediderint, humanas res Diis etiam curæ esse; juxta *Cornelium Tacitum:* qui, in hoc Asyli jure & Templi immunitate, firmiter credebant, *Dei* potius causam esse quàm *hominis* illius supplicis, ad cujus Aram, vel Templum Reus confugisset; Sicuti in causa *Ducetii* Siciliæ Patriæ Proditoris recenset Diodor. *Sicul. lib.* 11. *Biblioth.* Vide. Covarr. 2. *Varr. Resol. cap.* 20. *sub n.* 2.

CAP.

CAPUT III.

Jus Constituendi Asylum dependet à principali authoritate.

SUMMARIA.

1. *Loca hac Securitatis nullis, nisi principali authoritate pramunitis Templis data sunt.*
2. *Tyberius Casar Gracorum Asyla evidentem ob abusum delevit.*
3. *Asyla etiam apud Ethnicos à principali dependerunt authoritate.*
4. *Christiani Imperatores non minus Ethnicis hacce Securitatum loca reveriti sunt.*
5. *Id quod Constitutionibus Arcadii, Honorii, Theodosii, &c. Imperatorum, probatur.*
6. *Alarici Gothorum Regis.*
7. *Caroli Magni.*
8. *Eduardi II. Angliæ Regis.*
9. *Wilhelmi Neustria Ducis.*
10. *Gothorum Gentis.*
11. *Dongardi Scotorum Regis.*
12. *Insuper Ecclesiastici Prasules hocce immunitatis Jus ab Imperiali authoritate sollicitarunt.*
13. *Eandem libertatem Concilium Aphricanum per Legatos Episcopos Ecclesiis Aphricanis ab Imperatoribus obtinuit.*
14. *Idem Securitatis Jus Concilium Toletanum in Hispania regis Enrigii consensu constituit.*
15. *Sub Clodovei, Francorum Regis primi, Sanctione, Concilium Aurelianense eandem securitatem impetravit.*
16. *Ha immunitates variis agitata sunt Conciliis.*
17. *Secundùm Imperiales autem Leges definita.*
18. *Ratio Imperatorum Christianorum Ecclesiarum immunitatem circa profugos constituentium princeps fuit, Reverentia, in locum Deo consecratum.*
19. *Concilium Arausicanum, ad Ecclesias confugientes, defendere jubet.*
20. *Theodoricus Gothorum Rex ad secura loca fugientes perpetuum relegat.*
21. *Misericors est Dominus, Templum ejus ab immunitate & crudelitate ergò non minus alienum esse debet.*
22. *Chrysostomi sententia.*
23. *Asylorum Jus, Majestatis juri proprium, à principali dependet potestate.*

 Verun-

VEruntamen hoc Asyli Privilegium apud Ethnicos, quo quis invitus à Templo, Luco, vel alio loco abdùci non poterat, non omnibus Templis commune erat, sed tantùm illis, quibus consecrationis lege *Principali authoritate* concessum & indultum erat; quod ex *Cornelio Tacito* clarè elicimus. Nam cum *Tyberio* Cæsari increbuisset *Græcas* per Urbes licentia atque impunitas Asyla statuendi, quod complerentur Templa pessimis servitiorum, & eodem subsidio obærati adversus creditores, suspectique capitalium criminum receptarentur, nec ullum satis validum imperium erat coërcendis seditionibus populi, flagitia hominum & ceremonias Deûm protegentis: Ideo placitum, ut civitates mitterent jura & legatos. Tacit. *lib. 3. annal. cap.* 60. Additque *Suetonius*, *Tiberium* abolevisse omne jus, moremque Asylorum, qua usquam erant. Sueton. *in Tiber. cap.* 37.

2. Ex quibus deductis luculenter constat, quod jus sanctificandi locum aliquem, à quo profugus supplex & delinquens abduci non possit, à *Majestate Principali*, ejusve reservato jure etiam apud Ethnicos Imperatores dependerit. Vide Rittershus. *de Asyl. cap. 5. n. 6. & seqq.*

3. Postquam *Christiana Religio* invaluit, Imperatores Christiani, non minorem reverentiam Sacro-sanctis Ecclesiis, quàm Ethnicorum prophanis delubris deberi existimantes, eos, qui ad Ecclesias confugiunt, ab illis non extrahi, sed sancti loci reverentiâ & intercessione defendi oportere, statuerunt. Tiber. Decian. *tr. de crimin. lib. 6. c.* 24. *num.* 2. Hug. Grot. *in spars. flor. ad jus justin. tit. de his qui ad Ecclesiam confugiunt.* Simon à Groëning. *de legib. in Belg. arbogat. ad tit. Cod. lib.* 1. *tit.* 12. *n.* 5.

4. Nam totis quingentis annis, post Christum Jesum natum, nullus est *Ecclesiasticus Canon*, qui de hac immunitate quid-

quidquam decernat, sed tantùm Imperatorum legibus hac de re statuitur, quarum sex à Justiniano Imperatore in juris Civilis corpus relatæ sunt. Sicut abunde constat ex Imperatoris *Arcadii, Honorii, Theodosii, Valentiniani, Martiani, Leonis, & Justiniani* constitutionibus in corpus Juris nostri (quod vocant) relatis, quibus jus Asylorum omnibus ad Ecclesias confugientibus, *Exceptis* nonnullis criminibus, (quorum atrocitas veniam haud quaquam meretur) indultum est. Vide Tot. Tit. *Cod. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt; &, ne quis ab Ecclesia abstrahatur lib.* 1. *tit.* 12. *Vbi commentarii & Doctores. Novel.* 7. *de mandat. Princip. c.* 7. §. *Neque autem.*

5. Adeò ut *Honorius & Theodosius,* eum, qui ad Sacrosanctam Ecclesiam confugientes abripere tentaverit, Majestatis crimine retinendum esse, constituerint, *in l. fideli* 2. *C. eod. tit.* Et hanc immunitatis legem Imperator *Theodosius & Valentinianus* pro asylo, ad omnia quæ Ecclesiâ continentur, usque ad extremas Ecclesiæ fores confugientibus sine armis, extenderunt. *in l.* 3. *C. dict. tit.* Petr. Sarpi *de asylis cap.* 1. *Vbi hac bene explicat.* Anton. Perez. *in Cod. lib.* 1. *tit.* 12. Carol. Eman. Vizzan. *tr. de mandat. princip. c.* 7. *n.* 2. Latè Tiber. Decian. *de crimin. lib.* 6. *c.* 24. *n.* 2. *&* 3.

6. Ad Exemplum Imperatorum Rom. in oriente *Alaricus Gothorum Rex* sub Honorio Imperatore, occupatâ urbe Româ, publicè edixit; Ne eorum corpora ignominiâ aut vulnere afficerentur, bonaque diriperentur, qui in Apostolorum Templa sese recepissent. Augustin. *lib.* 1. *&* 2. *de Civit. Dei.*

7. Pari Imperiali jure, authoritate & potestate, *Carolus Magnus Imperator* in recessibus Imperii ita formaliter constituit: *Si quis* ad Ecclesiam confugium fecerit, in ipso „ atrio Ecclesiæ pacem habet, nec sit necesse Ecclesiam in- „ gredi; „

„ gredi; & nullus eum per vim inde extrahere præsumat,
„ sed liceat ibi confiteri quid fecerit; & inde per manus
„ bonorum hominum ad discussionem in publicum per-
„ ducatur. Quæ constitutio extat in Capitulare *Caroli Magni* de Anno DCC. XCVIII. apud Goldast. *in constit. Imper. latin. tom.* 3. *fol. m.* 145. Mentio quoque fit capitularis Caroli Magni de hoc immunitatis jure verba facientis: *in cap. Reum* 9. *caus.* 17. *quæst.* 4.

8. In *Angliæ* Regno *Edoardus II.* legem condidit, quæ etiam hodie adhuc dùm vigere dicitur, ut quotiescunque delicti Reus ad Templum confugeret, in perpetuum exilium eat, intra 40. dies & duodecim horas (eo enim temporis spatio æstus Oceani ex alto recurrit) nec aliam pœnam patitur, excepto, quod usque ad littus crucem manu gerat, veluti Signum servatæ vitæ per religionem. Polydor. Virgil. *Histor. Anglic. in Henrico lib.* 2.

9. De *Neustria* sive *Nordmanniæ* Duce *Wilhelmo* cognomine *Conquestore*, legimus, quod post Angliæ victoriam in *Heraldum* Regem, Cœnobium divo Martino eo loco consecraverit, addito insigni hoc Privilegio, ut si quis latro aut homicida, vel alius criminis Reus, timore mortis fugiens, ad eandem Ecclesiam perveniens in nullo lædatur, sed liber omnino dimittatur. Abbati verò ipsius Ecclesiæ liceat, ubique latronem vel furem de suspendio liberare, si forte supervenerit, quod ex Cambdeno refert Renat. Choppin. *de Dominio Franc. lib.* 2. *tit.* 7. *n.* 11.

10. *Gothi* eâ pietate fuerunt, ut nullus omnino violaretur, qui securiatem à Templis DEO dicatus invocaret. Olaus Magnus *Histor. Gothor. lib.* 23. *c.* 21. *&* 22. Ita quoque *Alaricus Gothorum Rex* anno 410. constituit ac publicè edixit; Ut captâ urbe pro se quisque bona fortunasq; civium repeteret, verùm à cæde hominum & direptione sacro-

rum

rum se contineret, atque omnibus parceret; qui ad *Basilicam Sancti Petri*, omnium in terris augustissimam, confugissent, qui secus faxit, capitalis esset. Quod vide apud Goldast. *constitut. lat. tom. 3. fol. m.* 586.

11. De *Dongardo quondam Scotorum Rege* legimus apud Boëthium, eum omnia loca Christo Sacra, per universas Scotiæ regiones Asyla effecisse, & ad ea confugientes servos fugitivos liberos & cujuscunque criminis reos; ne judicium subire publica authoritate cogerentur, dum illinc se continerent, regio cavisse edicto. Boëthius *de rebus Scotic. lib.* 18; Hyppol. à Collib. *tr. de increment. urb. lib.* 1. *c.* 18.

12. Ubi imprimis observandum advenit, quod iis temporibus, hoc est, ab Imperatore *Arcadio, Honorio*, & cæteris, usque ad *Carolum Magnum Imperatorem* Ecclesiastici Præsules ne cogitarint quidem ad eorum officium pertinere, ut leges aut constitutiones de Ecclesiarum immunitate conderent. Petr. Sarpi. *tr. de asylis. cap.* 1. *fol.* 9. *in fine.* Proinde cùm certò scirent, Principis esse id statuere, ideò jus asyli ad ædes sacras & altaria consecrata non prius accommodaverunt, nisi Imperiali authoritate hoc jus obtinuerint. Petr. Ærod. *Rer. judicat. lib.* 1. *tit. ult. cap.* 4.

13. Hinc *Concilium Aphricanum* (quod generale vocant, ac *Anno CCCXCIX.* celebratum erat) *Epigonium* & *Vincentium* Episcopos ad *Theodosium, Honorium, & Arcadium.* Imperatores, misit, qui simpliciter peterent, ut ii, qui ad *Aphricanas* Ecclesias confugerent, licèt delicta perpetrassent, ab iis non abstraherentur. Ærod. *dict. cap.* 4.

14. Eo modo & jure Concilium in Hispania Toletanum *circa Annum DVII.* de immunitate Ecclesiæ, ejusque violatoribus, communi Decreto statuit: quod reperitur & allegatur. *in cap. definivit.* 35. *caus.* 17. *quæst.* 4. Sed non aliter, nisi prius *Regio* adhibito consensu, quod in ejusdem

Concilii libris particulariter expressum est his ipsis verbis: *Consentiente Gloriosissimo Domino nostro Eurigio Rege, hoc sanctum Concilium definivit:* quamvis in *Corpore Conciliorum hæc verba* (sed malè) *omissa reperiantur*; Teste & referente Petr. Sarpi *dict. cap.* 1. *fol.* 18.

15. Similiter in *Concilio Aurelianensi* Anno DXII. sub *Clodoveo* primo Francorum Rege celebrato, nominatim quidem prohibentur abstrahi Homicidæ, adulteri, fures & raptores, nisi eis fuerit impunitas præmissa; quod tamen pariter *ipsius Regis* sanctione factum, ejusque authoritate confirmatum fuit. Petr. Sarpi. *dict. cap.* 1. *fol.* 10. Petr. Ærod. *dict. cap.* 4. Hujus Decreti tenorem aliquatenus reperies in *cap. id constituimus.* 36. *caus.* 17. *quæst.* 4.

16. Proinde profugorum Causæ, & immunitates Ecclesiarum circa eorum securitatem, primum *in Conciliis*, veluti in Concilio Moguntinensi, Herdensi, Triburiensi, Aurelianensi Arausiaco agitatæ, (vide can. *eos qui. distinct.* 87. Johan. Ignæum *in l.* 1. *in pr. num.* 34. *D. ad Sc. Syllan.*)

17. Et secundùm leges Romanas, seu imperiales, definitæ fuerunt: *arg. l. dict. cap. id constituimus ibi:* & Lex Romana constituit, totâ causâ plerumque ad Imperatorem, aut Regem delatâ. Et quicquid hoc modo decretum erat, inter Canones juris Pontificii redactum & relatum fuit. Simon. à Groenevveg. *tr. de legib. per Belg. abrogat. in cod. tit. de iis, qui ad Eccles. confug. num.* 6. Georg. Rittershus. *de Asyl. cap.* 5. *num.* 6. *&* 12. Ac quod Ecclesiæ, jus Asyli & immunitatem, ne profugi criminosi extrahantur, ab imperiali authoritate tamen obtinuerint, tradit quoque. Petr. Ærod. *dict. cap.* 4. Besold. *in delibat. lib.* 2. *Tit. de Asylis.* Keckerman. *lib.* 1. *Politic. cap.* 17. Petr. Sarpi. *c* 1. *fol.* 19. Ubi tradit: Ecclesiarum immunitatem, etiam post inclinatum occidentis imperium, usque ad Annum DCCCL. nullibi

nisi

nisi Laicorum Principum legibus innixam fuisse. Dissentit Alexand. Ambrosin. *tr. de immunit. Eccles. cap. 2. num.* 11. Qui dicit *jure divino* inniti immunitatem facinorosorum, ad Ecclesias confugientium. Et ante eum Tiber. Decian. *consil.* 80. *n.* 10. *& seq. vol.* 3.

18. *Ratio*, cur Imperatores Christiani Ecclesiis tantam immunitatem circa profugos Delinquentes concedebant, erat *Reverentia*, in locum *Deo* consecratum, existimantes ad ipsius Dei maximè honorem & cultum pertinere, ne profugi exinde abducantur. Nam cum nullus omnino reperiri possit Honor, quo, multo major Deo tribui non debeat, Imperatores hoc interpretati sunt eandem pariter reverentiam attribuendam esse, non solùm Deo, sacris locis, sed omnibus etiam qui iis adhæreant, eorumque cunctorum habendam esse rationem, quantam maximam animus capere possit.

19. Ita namque in *Consilio Arausicano* decretum legimus: Eos, qui ad Ecclesiam confugiunt, tradi non oportere, sed loci sancti reverentiâ & intercessione defendi, in *Canon. Eos qui. Distinct.* 87. *in l. præsenti* 6. §. 1. ibi: ipsis servatâ loci reverentiâ. de his qui ad Eccles. Vasquius *de success. lib.* 3. §. 22. *limit.* 17. *n.* 55. Layman. *in Theolog. moral. lib.* 4. *tr.* 9. *c.* 3. *n.* 1. Doctor Marta. *de jurisdict. part.* 2. *c.* 50. *n.* 28. Petr. Sarpi *dict. tract. cap.* 2. *fol.* 28.

20. Propter hanc reverentiam Ecclesiis debitam *Theodoricus Gothorum Rex* & occidentalis Romani Imperii Dominus, correctoris dolosi homicidæ pœnam, eo quod ad Ecclesiam confugisset, tantùm perpetuâ relegatione definivit, dum ad Præfectum Faustum ita rescripsit: *Dum* „ *Corrector Lucaniæ conscius facti sui intra septa Ecclesiæ refu-* „ *giens declinare se credidit præscriptam legibus ultionem; Vul-* „ *caniæ Insulæ perpetuâ relegatione damnamus; ut & Sancto* „

Tem-

„ Templo Reverentiam habuisse videamur; nec vindictam criminosus evadat in totum, qui innocenti non credidit esse parcendum, apud Goldast. in constit. Imper. lat. tom. 1. constit. Theodor. 75. fol. m. 51. & apud Cassiodor. *lib.* 3. *epist.* 47.

21. Alia quoque ex Patribus & Canonistis affertur *Ratio*, à prædicta ratione non penitus aliena; Nimirum, cum Miserator & Misericors sit Dominus: Ergo Templum Domini alienum esse debet à crudelitate & severitate, quia & Deus in Templo sancto habitat. Qui negant, misericordiam faciendam fugientibus, ipsum Christum negant, qui est misericordia & veritas. *Cap. omnis.* 37. *caus.* 7. *quæst.* 1. Supplices fatentur culpam, & venialis est culpa, quam sequitur confessio delictorum. *Can. Serpens.* 47. *de Pænitent. distract.* 1. Petr. Greg. Tolosan. *lib.* 13. *Syntagm. cap.* 22. *&* 23. Georg. Rittershus. *de Asylis. c.* 3. *n.* 7.

22. Unde *Chrysostomus* scribit: Quid igitur agendum est Christianis? avellendus ne quispiam ab Ecclesia, ad quam paulò post omnibus accedendum est, offerendaque Dominica Oratio, quâ hæc potissimum orabimus: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Non ergo patiendum, ut is qui in Ecclesia speravit, frustra speraverit. Ac sanè quidem ex hac ratione Chrysostomus *Eutropium Tyrannum* contra Imperatorem Honorium & Arcadium defendit. Nam cum iste *Eutropius* Consul (quo consule *l. Sancimus Cod. de pœnis*, lata fuit) legem tulerat, ut nullus criminis Reus in Ecclesia tutus & immunis foret: Tandem variis criminibus & deprædationibus Reus ab Imperatoribus, *Honorio & Arcadio*, ad ultimum supplicium damnatus, at profugus insecutus à Satellitibus in Ecclesiam confugit, ibique se tutum esse exclamabat. Econtra verò di-

ro dicebatur: Eum tanquam indignum, non debere gaudere immunitate Ecclesiæ, quam ipse impugnaverat, ac quod legem, quam ipse tulerat, pati debeat. Ast *B. Chrysostomus* pietate & reverentiâ erga Ecclesiam motus, Eutropium supra allata ratione defendit. Chrysost. *tom.* 2. *homil.* 19. Decian. *hoc latè referens Consil.* 80. *num.* 22. *lib.* 3. August. Ambrosin. *de immunit. Eccles. c.* 1. *n.* 10.

23. Ex quibus jam deductis, patescit, quod tempore Imperatorum & Regum Christianorum jus dandi immunitatem Ecclesiis, ne facinorosi ab iisdem avocentur, sed confugientes ibidem securitatem habeant, à *Principali Potestate* dependerit, & *Majestatis Iuri* proprium fuerit, sicuti etiam adhucdùm hoc jus de Reservatis Imperatoris esse latè deducit Johan. Herm. Stamler. *tract. de Reserv. Imper.* §. 60. *num.* 1.

CAPUT IV.

De Jure Asyli in Ecclesiis, quod soli hodie Pontifices sibi ipsis assumunt.

SUMMARIA.

1. *Romani Pontifices hoc circa Ecclesias immunitatis jus sibi solis appropriant.*
2. *Profugum ab Ecclesia evellere, Sacrilegium est. Princeps secularis Reum Criminis ab Ecclesia abducens, nisi restitutus fuerit, anathematisatus est.*
3. *Absolutâ Pontificum invalescente potestate, hoc jus asylorum ad quævis loca Sacra extensum est.*
4. *A Gregorio XIV. Pontifice Principes Seculares potestatem extrahendi profugum, impetrare conati sunt.*
5. *Nimiâ Pontificum hâc indulgentiâ fenestra Delictis adaperta. Jus Canonicum indistinctum omnes delinquentes in asylis tueri jubet. Sodomitam non minus.*
6. *Canon Raptori cum rapta profugo, impunitatem spondet.*

7. *Secundùm Canones quilibet profugus, nisi Judici Ecclesiastico visum fuerit, à pœna corporali immunis existit. In Francia non attenditur. Nec de Consuetudine est, servari.*

8. *Non minùs etiam Canones Bona profugorum, citra Excommunicationis notam, extrahere prohibent. Sixtus V. Pontifex Judici Laico potestatem extrahendi profugum indulsit.*

9. *Gregorius XIV. Pontifex Successor revocavit. Ad juris communis terminos reduxit. Ejusdem singularis Constitutio, quibus asylorum jura conducere nequeant. Quos tueantur.*

10. *Hac indulta immunitas apud Italos criminum tot excitatrix atque fomes. Testatur idem Camillus Borellus Visitator Regius.*

11. *Inde hac Ecclesiarum immunitas in desuetudinem abiit. In Gallia absque Numinis contemptu extrahuntur profugi. Lex Generalis Gallica de sublatis immunitatibus sancita.*

12. *Idem Asylorum Ius in Britannia restringitur. Apud Sabaudos jam pridem invaluit. Franciscus Galliæ Rex tàm in Civilibus, quàm Criminalibus potestatem extrahendi constituit. Chassaneo teste, eadem securitates in Gallia non penitùs sublatæ.*

13. *In Normandia idem Jus viget. Ipsa Normandiæ Constitutio.*

14. *Supremùm Rothomagi Parlamentum oppugnavit.*

15. *Hodierna Praxis Galliæ Regni circa Ecclesiæ immunitatem.*

16. *Nec Hispanis usui est eadem Securitas. Didaci Covarruviæ, Hispani, assertum. In Hispania fures simplices hoc juré asyli non gaudent.*

17. *Neque Mediolanensis Ducatus attendit. Julii Clari Attestatum.*

18. *Vicissim Brabantini Belgæque hoc jus limitàrunt. Concordata Brabantina quod docent.*

19. *Nec Tyrolensis Comitatus observat. Testibus Statutis hujus Tyrolensis Comitatus.*

DEcrescente *Imperatorum* authoritate apud *Pontifices* Romanos, & crescente horum authoritate & potentiâ, Hi successu temporis, totum hoc jus immunitatis Ecclesiæ circa facinorosos *sibi ipsis solis* appropriarunt, neglectis

peni-

penitùs Imperatorum & Regum requisitionibus, aut confirmationibus, quasi res sacra esset & divina, Criminis reus quàm primum ad Ecclesiam confugerit.

2. Proinde facinorosum profugum ab Ecclesia authoritate imperiali abducere, & debitæ pœnæ subjicere, pro *Sacrilegio* existimaverunt, unde *tot Decreta* à Pontificibus circa hanc Ecclesiæ seu Asyli immunitatem propriâ authoritate & ex absoluta potestate emanantia, legimus, adeò ut Imperator aut Princeps secularis vi potestatis ordinariæ, criminis Reum ab Ecclesia abducens, *Anathemate* notetur, & excommunicationem incurrat, donec Ecclesiæ restituatur, sicuti constat *ex tot. tit. juris Canonici de immunit. Eccles. & camiter. X. lib.* 3. *tit.* 49. *ac lib.* 3. *tit.* 23. *n.* 6. *ac in* Clementin. *lib.* 3. *tit.* 17. Ubi Augustin. Barbosa *latissimè variâ annotavit*. Idem Barbosa in specie *in cap. Ecclesia.* 9. *X. de immunit. Eccles.* Decian. *de crimin. lib.* 6. *cap.* 25. *& seq.* Bajard. *ad Clar.* §. *n.* 7. 30. 26.

3. Quæ Pontificum absoluta potestas usu temporis ita invaluit, ut immunitas hæc non tantùm ab Ecclesiis ad *Monasteria, Sacella, Domus regulares, Cœmiteria, Aras, Baptisteria, signa crucis*, aliave loca Sacra fuerit extensa. Vide latissimè hoc explicantem. Farinac. *tr. de immunit. Eccles. cap.* 15. *per tot.* Erasm. à Cockier. *tr. de iurisdict. in exempl. part.* 4. *quæst.* 65. *num.* 1. Sanchez. *in consil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *Dubio.* 7. Stephan. Guazzin. *de Reor. defens. Defin.* 1. *cap.* 37. *per tot.* Giurba. *consil. decisiv.* 10. *per tot.* Augustin. Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap.* 10. *per tot.* Petri Sarpi. *de jure Asyli cap.* 4. Georg. Rittershus. *eod. tract. cap.* 3. *num.* 7. 16. 19. 21. 23. Dn. & Amicum quond. Leibfrid. *de Asylis. thes.* 11. *lit. A.*

4. Sed etiam *Principes Seculares* singulari indultu à Pontificibus obtinere coacti fuerunt *hanc licentiam* & potesta-

tem, ut Reum in proprio suo territorio crimen committentem & ad Ecclesiam vel cœmiterium confugientem, inde extrahere possent, sicuti hujus indulti in specie, *Greg. XIV.* Pontifex Maximus in sua, circa immunitatem Ecclesiæ *Anno* 1519. edita Bulla meminit,

5. Sanè hæc nimia Pontificum indulgentia circa immunitatem hanc ad loca sacra profugorum maximam delictorum fenestram semper aperuit; dùm secundùm *jus Canonicum* indistinctè omnes ferè facinorosi, veluti *excommunicati, suspensi, effractores Carceris, Sacrilegi, Relegati, Blasphemi, Fures, Peculatus criminis Rei, Fabricatores falsæ monetæ, Simoniaci, Adulteri, Debitores fallaces*, & similis gregis homines (*publico Latrone, nocturno agrorum depopulatore, ac homicida insidioso* excepto) Ecclesiarum immunitate gaudeant. Juxta Gloss. *in cap. sicut antiquitùs verb. Nisi publicus. caus.* 17. *quæst.* 4. Boër. *decis.* 110. *num.* 3. Leibfrid. *de Asylis. thes.* 12. *tit. A.* Erasm. à Chockier. *tr. de jurisdict. in Exemplo. part.* 4. *quæst.* 65. *num.* 2. *Quod latè deducit* Augustin. Barbosa *ad cap. inter alia.* 6. *num.* 3. *& seqq. X. de immunit. Eccles.* Thomas Sanchez *in consil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *Dub.* 8. Qui idem de *Sodomita* asserit *in dubio* 10. Guazzin. *dict. cap.* 37. Decian. *dict. lib.* 6. *cap.* 26.

6. Adeò ut Canon. quidam, Raptori ad Ecclesiam confugienti cum rapta, mortis vel pœnarum immunitatem concedere velit. *Cap. raptoribus. Caus.* 36. *quæst.* 1. Cynus *in l. præsent.* 6. *n.* 3. *in fin. Cod. de his, qui ad Eccles. confug.* Covarr. *lib.* 2. *var. Resol. cap.* 20. In l. Clar. §. *final. quæst.* 30. Anton. Perez. *in Cod. de his, qui ad Eccles. num.* 6. *in fin.* Farinac. *de immunit. Eccles. cap.* 5. *n.* 87. *& seq.* Quod post alios asserit quoque. Aug. Barbosa. *in dict. cap. inter alia.* 6. *num.* 53. *X. de immunit. Eccles.*

7. Cujus immunitatis iniquitas eò magis exinde quoque

que apparet, dum canones statuerunt; *Quod confugiens ad Ecclesiam, cujuscunque criminis, etiam atrocissimi, Reus, Judici tamen seculari, etiam in quibuscunque casibus exceptis, non prius extradi possit, nisi receptô prius ab eo juramentô & cautione ne corporaliter puniatur, Quamvis aliàs delictum capitis pœnam promereatur, nisi Ecclesiastico Judici visum fuerit*; Per *Cap. Reum ad Ecclesiam*, 9. *cap. constituimus. Caus.* 17. *quæst.* 4. Tiber. Decian. *de crimin. lib.* 6. *cap.* 29. *num.* 6. *ac consil.* 80. *num.* 9. *lib.* 3. Ambrosin. *dict. tract. cap.* 11. *num.* 5. Barbosa *ad dict. cap. Reum* 9. *num.* 1. Doctor. Marta *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 50. *num.* 11. Quod tamen stylo Franciæ observari, tradit Boër. *decis.* 109. *in fin.* Nec de consuetudine servari, scribit Jul. Clar. Clar. *lib.* 5. *§. fin. quæst.* 30. *n.* 23.

8. Eandem Ecclesiarum immunitatem Canonistæ ad *profugorum* quoque *Bona* extendunt, adeò quidem ut Judex Secularis non tantùm Bona in Ecclesiam à Facinoroso Profugo allata ab ea extrahere non possit, Angel. *in Summa. verb. immunitas. n.* 10. Farinac. *de immunit. Eccles. cap.* 2. *num.* 87. Barbos. *ad cap. antiquitùs.* 6. *n.* 2. *caus.* 17. *quæst.* 4. Sed etiam durante Profugi sceelerati absentiâ, contra alia ejusdem Bona absque ex communicationis nota, procedere minimè queat. Per *cap. definitiv. caus.* 17. *quæst.* 4. Remmius *de immunit. Eccles. cap.* 13. Doctor Marta *dict. cap.* 50. *n.* 25. Ac quàmvis dictus *Sixtus V.* Summus Pontifex Principibus & Magistratibus Laïcis, aliqualem, & quidem laxiorem potestatem extrahendi facinorosos ab Ecclesiis singulari constitutione indulserit, teste Doctore Marta *in dict. cap.* 50. *sub. n.* 2.

9. Eandem tamen indulgentiam Successor ejusdem *Gregorius XIV.* revocavit, & immunitatem Profugorum ad Ecclesias, ad juris communis terminos reduxit; dum singulari constitutione *Anno* 1591. decrevit: Quod istis tan-

tùm Laicis ad Ecclesias, locaque Sacra, & religiosa confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas Vias obsident; ac viatores ex insidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quive homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, earumve cœmiteriis committere non verentur, aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut Assassini, vel hæresis, aut læsæ Majestatis in personam ipsiusmet Principis, rei, Ecclesiastica immunitas non suffragetur. Reliqui verò omnes, cujuscunque criminis rei & ad Ecclesiam confugientes hac immunitate gaudeant; quod latiùs deducit. Farinac. *consil.* 76. *num.* 13. *& seqq. ac in tract. immunit. Eccles. cap.* 5. *per tot.* Franc. Leon. *in thesaur. for. Eccles. cap.* 13. *num.* 27. Alexand. Ambros. *in Comment. dict. super Bullam Gregor. XIV. Qui est tr. de immunit. Eccles. cap.* 1. *num.* 13. *&* 14.

10. Hæc sanè causa fuit præcipua, & adhuc causa est principalis, *in Italia*, ut tot delicta impunè committantur, dum maxima Sceleratorum eluvies hac immunitate ad delinquendum quasi invitata, velut Ægide tuta ad Ecclesias confugiat, & hac fugâ publicas leges ludificet. Testatur quoque *Camillus Borellus* cum biennio ferè Visitator Regius in Provincia *Calabriæ* fuisset, quod nullam viderit Ecclesiam, quæ non ad minùs *triginta* vel *quadraginta* delinquentium fuerit plena, qui tria, vel plura reiteraverant homicidia, & iterum repetitis facinoribus ad Ecclesias sese receperant. Camill. Borell. *in summa decis. lib.* 1. *tit.* 4. *num.* 102.

11. Hinc evenit ut hæc Ecclesiarum immunitas & profugorum quæsita ibidem securitas in multis Regionibus, quæ adhuc Pontificem Romanum agnoscunt, non observetur, sed in desuetudinem abiverit. Nam in Regno

Galliæ

Galliæ hæc Ecclesiarum immunitas valdè restricta est, adeò ut etiam ex loco sacro scelerati evellantur idque haud contemptu Numinis, sed quia, abuti religione, est, eâ uti ad impunitatem, ad receptacula & irritamenta maleficiorum. Petr. Ærod. *rer. judicat. lib.* 1. *tit.* 4. *cap.* 4. Ubi ulteriùs infert: Quis enim non audaciùs peccet, ubi tàm promptum est impunitati subsidium? Id porrò ab ipso Deo petere, quàm pium, quàm religiosum est. Proinde *tit. Cod de his, qui ad Ecclesias confugiunt* in Gallia non observari, tradit: Autumn. & Gothofred. *ad dict. tit. Cod.* Quod jam olim ante trecentos annos retulit. Joan. Petr. de Ferrar. *in Pract. tit.* 52. *de forma inquisitionis, num.* 47. Id quod placet quoque Petr. Gregor. Tholosan. *in Syntagm. jur. lib.* 33. *c.* 22. *num.* 6. Adeò ut *Bugnonius* hunc titulum inter leges in Gallia abrogatas recenseat *tract. de legib. abrogat. sect.* 16. Idque propter legem Generalem apud Gallos, quæ de immunitatibus sublatis sancita est: Teste Constantin. *ad ordin. Regias, in articul. de immunitatibus sublat.* Quem refert & sequitur, Anton. Faber. *in cod. lib.* 1. *de his, qui ad Eccles. Definit.* 1. *num.* 11. & 12.

12. De eâdem immunitatis restrictione Ecclesiarum in tuendis sceleratis profugis in *Britaniæ Ducatu* contestatur. Petr. Argentr. *ad Consult. Britan. arti.* 627. Unde de hac Eccles. immunitate tradit. *Antonius Faber*: Valere talem consuetudinem & Legem huic immunitati derogantem certum est, qualem in Gallia & Germania esse scimus. Et apud *Sabaudos* jam pridem eam invaluisse, cum quæstio ex facto incidisset, plerique ex senatoribus referebant. Anton. Faber. *in Cod. lib.* 1. *tit.* 4. *Defin.* 1. *n.* 11. Imò & Galliæ *Regem Franciscum I.* generali constitutione Anno 1535. promulgatâ immunitatem sustulisse, tàm *in Civilibus*: Ne hac occasione Creditores debitorum frustrationem pateren-

ferentur: quàm *in Criminalibus*, ut Reus comprehendi, & Prætor judicium exercere possit; teste Carol. Molinæo *ad Alexandr. Consil.* 145. *n.* 3. *lit. A. vol.* 7. Quàmvis propter quædam *Arresta* à Chassaneo relata aliquatenus dubitare possis, nec ita simpliciter asserere ausim, Profugorum ad Ecclesias immunitatem in Gallia penitùs esse sublàtam: siquidem consuetudines provinciarum circa hanc immunitatem diversimodè variant. Chassan. *ad consuetud. Burgund. tit. de rusticar. verb. s' il nya grace. num.* 111. *& seq.* Guido Papæ *decis.* 121.

13. Nam in *Normandia* consuetudinibus cautum est, ut ad *Ecclesiam* confugiens, in pace à laicali potestate dimittatur, ita quod manus in eum non imponat, custodes tamen, ne inde diffugiat, Justitiarius laicalis debet apponere; & nisi infra *nonum diem* se reddere voluerit Justitiario laicali, vel Normandiam forjurare, nonâ die completâ, *Justitiarius* exinde nullum victum ad ejus substantiam sufferet deportari, quousque se Justitiario non reddiderit: qui de se ipso reddito, secundum exigentiam culpæ ordinabit, vel patriam se obtulerit forjurare. Quæ consuetudo cum consensu populi, & Cleri introducta & per aliquot secula observata fuit.

14. Hæc consuetudo in *supremo Rothomagi Parlamento* acriter disputata, oppugnata & propugnata fuit, sicuti eandem quoque graviter & latè oppugnat. Johan. Ignæus *ad l.* 1. *num.* 25. *& seq. D. ad Sc. Syllanian.* Consentit post allegatos Thomas Sanchez. *consil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *Dubit.* 13. *Conclus.* 4. Jul. Clarus §. *fin. crimin. quæst.* 30. *num.* 21. parcè Rittershus. *de Asylis cap.* 9. *num.* 4. Augustin. Barbosa. *ad l.* 6. *num.* 12. *C. de sacrosan. Eccles.* ubi plures Authores adducit.

15. Sanè

15. Sanè hodie in *Galliæ Regno* circa immunitatem Ecclesiæ hæc *Praxis* est: Cum plura sint Crimina, quæ non gaudent immunitate Ecclesiæ, quæ defensa potiùs injuriam Religioni adferunt, quàm favorem merentur Religionis, ut soleant delinquentes, confugientes ad Ecclesiam, capi, salvo jure redintegrationis seu restitutionis: Nempe dùm post capturam cognoscitur contra captum primùm, an immunitate Ecclesiæ gaudere debeat nec ne. Et si pronuncietur, gaudere debere; remittitur ad Ecclesiam, si verò, quod indignus sit hujus immunitatis, hic per sententiam pronunciatus, & processus Criminalis contra delinquentem instituitur: quod post Rebuffum, tradit Petr. Greg. Tholosan. *de Republ. lib.* 13. *cap.* 23. *num.* 11.

16. Eandem Ecclesiarum immunitatem in *Hispania* non esse in usu, tradit Remius *de immun. Eccles. fol.* 7. *& fol.* 235. Jul. Clar. *lib.* 5. *sentent. §. fin. quæst.* 30. *n.* 1. *in margin.* Ideò *Didacus Covarruvias* Hispanus & Episcopus Segoviensis testatur: multos esse in *Hispania* Prælatos, qui in Civitatibus suis non tutantur delinquentes, hac immunitate adversus judices seculares, nisi in iis Ecclesiis, in quibus continuè servatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. Covarr. *lib.* 2. *var. Resol. cap.* 20. *num.* 4. Qui *in lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 13. *in fine* tradit, quod in *Hispania* fures simplices, Templorum immunitate non gaudeant.

17. In *Ducatu Mediolanensi* hanc immunitatem non admodum servari, testatur Julius Clarus Senator olim Mediolanensis. *Nam ibi,* (scribit) *qui post delictum confugiunt ad Ecclesiam, si sponte traditi sunt, vel aliter sponte exierint, vel per vim licitè extracti fuerint, puniuntur & si traditi non fuerint, solent inquiri, & citari & si non compareant, condemnantur ad pœnam mortis, vel aliam corporalem, juxta qualitatem delicti. Nam illa immunitas propter ingentem numerum*

Ecclesiarum hodie valdè restricta est; aliàs enim facilè quilibet malefactor evaderet manus justitiæ, cum nulla ferè sit via in civitatibus (pontificiis) in qua non sit una, vel quandoque plures Ecclesiæ, ita ut, priusquam caperetur, facilimè posset in aliquam earum se recipere, maximè nemine prosequente; quod tamen esset contra mentem eorum, qui Ecclesiis immunitatem hanc tribuerunt, non quidem ut essent Asyla delinquentium, & speluncæ latronum, sed ut præstarent refugium miseris, qui humanâ fragilitate, aut Casu in aliquod Crimen incurrissent. Hæc Julius Clarus *recept. sentent. lib. 5. §. fin. quæst. 30. num. 1.*

18. *In Brabantia,* aliisve Belgii Provinciis Catholicæ Religioni addictis, hæc Ecclesiarum immunitas maximè limitata existit, prout varias restrictiones ad Bullam *Gregorii XIV. Pont. Max.* refert Paul. Christin. *decis. Belg. 55. vol. 1. decis. 46. vol. 2.* Quemadmodum de hac immunitate, quatenus ei robur attribuendum sit nec ne, certa pacta (quæ *Concordata* vocant) inter Duces *Brabantiæ*, & Episcopos *Leodicenses* & *Gameracenses*: Nec non inter consiliarios Regis Hispaniæ, & Episcopum Cameracensem, ratione Ducatus *Hanoniæ*, conventa reperiuntur, quorum meminit prædictus Paul. Christin. *decis. Belg. 47. num. 9.*

19. Pari ratione *Archi-Duces Austriæ*, tanquam *Comites Tyrolenses* singulari constitutione sese declaraverunt, quod Asylorum abusum in Comitatu Tyrolensi tollere, legitimumque usum stabilire, & amplissimam profugiendi securitatem restringere velint. Si quidem in *Legibus Municipalibus* prædicti Comitatus ita ordinatum est, *sub tit.* von Abthuungen der Freyhungen.

Und nach dem in etlichen Gegenden männig Freyhung seyn/ wollen wir befügen damit dieselbe zum theil / oder gantz abgethan werden. Doch daß sich die Inwohner derselben Freyhungen (wo sie bleiben) gemäß halten: Doch sollen dieselbe

selbe Freyhungen gegen den unbedächtlichen redlichen Todschlägern nicht vor abgethan geachtet werden. Statut. Tyrolens. Comit. *lib.* 8. *cap.* 60. *fol. m.* 102. *fac.* 2.

CAPUT V.

Asyla hodie à Politico Magistratu restringuntur.

SUMMARIA.

1. *Ecclesiarum Libertas in abusum rapitur.*
2. *Magistratus Politicus praecavendo certa Clericis capitula praescribere assolet. Ne reos ad Monasteria recipiant, sed ad poenam Magistratui politico sistant.*
3. *Id quod Ravenspurgensis Magistratus ratus est. P. P. Capucinis ibidem in Monasteria profugos recipere illicitum.*
4. *Ipsa Capitulatio.*
5. *Germania hoc Asylorum jure an utatur, disp. in utramq;.*
6. *Juris Saxonici Weichbildensis pronunciatum.*
7. *Exempla Monasteriorum securitatis jure hoc gaudentium. Monasterii Creutzlingensis. S. Udalrici, Augustae Vindelicorum. Divae Virginis, Coenobii Lindavii ad Lacum Bodanicum. & Monasterii in Salem, Inde Monasteria & Ecclesiae in Germania amplius hac immunitate non gaudent.*
8. *Francicae Leges etiam ante Secula fugitivos nullibi fuisse tutos, docent. Confugientes extrahendi potestas. Recusantium Judicum poena Leges Francicae.*
9. *Orthodoxorum Templa nulli profugo securitatem spondent. Sed à Magistratu ordinario extrahi, & debitè puniri possunt. Iura Securitatis apud Evangelicos abrogata sunt.*
10. *Orthodoxis Templorum, extra usum sacrum nulla sanctitas. Templa sub cujus directione sint? Hodie Secularis Magistratus in Templa, bona, personasque Eorum, potestatem ambit. Ratio, cur olim profugis concessa securitas. Poena profugorum apud Priscos.*
11. *Imperii Romani scissura. Trans-*

missionum nulla amplius necessitas. Asyla videntur supervacanea. Magistratûs Vilipendium. Eidem impedimentum. Delicta punienda sunt. Receptatorum genus pessimum. Transfugam recipiens eidem assimilatur.

12. *Templa, Christianorum Oratoria. Ethnici Imperatores asyla, propter abusum, abrogârunt. Tyberius & Augustus, C. C. Henricus VII. Anglorum Rex. Asyla sine ratione, ad beneplacitum, jurique divino contraria, facta sunt. Ad Ecclesiam confugientes ejiciantur. Protectio malefici fugitivi inexcusabilis.*

13. *Immunitas Ecclesiarum an sit juris divini? Et abolenda? Extractio maleficorum per se justa, divino juri non repugnat.*

14. *Nec aboleri non potest ipsa securitas. Ubi sublati sint istiusmodi immunitates?*

15. *Ratio cur in V. T. asyla constituta fuerint? Israëlitarum licentia. Privata vindicta est prohibita. Magistratûs officium.*

16. *Templa non securant. Cautio de non offendendo.*

17. *Judaicorum Asylorum æquitas.*

CÆterùm, cùm hæc Ecclesiarum & Monasteriorum libertas, in recipiendis profugis variorum criminum reis, passim in abusum rapiatur, ac Clerici sub specie Ecclesiasticæ immunitatis cujusvis ferè delicti Reos protegere intendant.

2. Ideo *Magistratus Politicus* ad præcavendas varias concertationes, recipiendo novo clero, certo capitula præscribere potest, & præscribere solet, sub quorum conditione & modo, quoad Politica, vivere debeant, ac inter alia expressè prospicit, ne Clerici, criminis Reos ad Monasterium noviter extructum recipiant, sed Magistratui Politico ad pœnam sistant.

3. Quod Magistratus Politicus *Civitatis Imper. Ravenspurgensis* utriusque Religionis, probè animadvertit, dum *Anno* 1026. 17. *Decembr.* in receptione *P. P. Capucinorum* inter alia *in art.* 6. etiam conventum fuit; Ne profugi in Monaste-

nasterio extruendo recipiantur, in verbis: Jngleichen und sechstens/so viel weltliche Personen und Sachen antrifft/ wie vor alters hero/ auch füran ihr/ der Stadt Ravenspurg/ diser End und Orten (id est in Monasterio P. P. Capucinorum) alle malefitzische hohe und nidere Obrigkeit/ und was von Rechts und Gewonheit wegen deren immer anhängig/ zugehörig und vorbehalten seyn; Ac quoniam hæc Capitulatio uni vel alteri forsitan prodesse potest; Ideo ejusdem tenorem subjicere non absque re esse censui.

Capitulation / den Cappuciner-Baw zu Ravenspurg betreffend.

4 WJr Heinrich deß Heil. Röm. Reichs Erb-Truckseß/ Freyherr zu Waldburg/ Herr zu Wolffeck/ Wald-See/ Zeyhl und Marstätten/ &c. Röm. Käiserl. Majestät Rath/ &c. bekennen und thun kund männiglichen/ demnach uns/ als von der Röm. Käiserl. Majestät/ unserm aller gnädigsten Herrn/ &c. verordnetem Commissario/ durch Burgermeister und Rath deß Heil. Reichs Stadt Ravenspurg/ (ehe und zuvor sie den Platz zu Erbauung eines Cappuciner-Kirchlein und Clösterleins nächst bey ihrer Statt endlich außzeichnen haben lassen) etliche sonderbahre Capitulations-Articul überschickt/ welche ihnen aber noch nicht verfertigt zugeschickt worden/ daß demnach solche/ als eingewilliget von Wort zu Wort folgen.

Erstlich/ das solcher Baw ohne gemeiner Stadt/ dessen Spithals/ Seel-und anderer Gotts-Häuser/ und Burgerschafft Nachteil/Costen und Schaden ins Werck gericht/ und den auch füran baulich und wesendlich erhalten werden solle.

Am andern/da die Herren P. P. solch Closter auß was Ursachen das immer wäre/ verlassen/ und diser Baw öd stehen/

oder ruinirt würde / daß der darzu gegebne Platz gemeiner Stadt wider eigenthumlich zustehen solle.

So dann / drittens / an statt solcher Herren Cappuciner einige weltliche Person zu ewigen Zeiten nicht darein gethon werden sollen / deßgleichen da gedachte P. P. nicht mehr darinnen verbleiben / und den gewohnlichen Gottesdienst verrichten möchten / auch keine andere Ordens-Leut / wer die gleich immer wären / dises Closters ohne eines erbarn Raths der Stadt Ravenspurg außtrucklichen Willen und Gutheissen beziehen / inhaben und bewohnen sollen.

Zum vierdten / sie Herren P. P. Capucini nicht befügt seyn sollen / diß Closter zu verweitern / noch mehrern Grund und Boden an sich zu bringen / ohne außtrucklichs Vergonnen allhiesigen Magistrats.

Zum fünfften / werden sie / die Herren P. P. Capucini und ihr Closter zu allen künfftigen Zeiten eintzig und allein unter der Stadt Ravenspurg Schutz und Schirm seyn / auch einigen andern weltlichen Schutz und Schirm-Herren (außgenommen die Röm. Käiserl. Majestät als obristen Schutz- und Schirm-Herren aller im H. Röm. Reich gelegner Gottes-Häuser /) wer der sonsten je seyn / und mit was Fürwand deßgleich beschehen möchte / nicht suchen noch annehmen.

In gleichen und / sechstens / so vil weltliche Personen und Sachen antrifft / wie von alters hero / auch für an / ihr Stadt Ravenspurg diser End und Orten / **alle malefitzische hohe und nidere Obrigkeit / und was von Rechts- und Gewohnheits wegen** deren immer anhängig / zugehörig und vorbehalten seyn.

Alsdann / zum sibenden / mehrgemeldte Herren Cappuciner sich gegen einem löblichen Magistrat allhier alles / gebührenden Respects und gegen ihrer Burgerschafft Christlicher

Liebe

Liebe und guter Fridfertigkeit zu verhalten / auch das zu Costantz beeder Religionen halber ergangene Käiserliche Decretum in Obachtung zu nehmen haben werden / damit bißhero auch füran beeder Religionen Zugethane in gutem Fridstand und Ruhe sich mitburgerlich neben einander betragen mögen.

Dabey sie auch / zum achtenden / gemeiner Stadt / dessen Spithal / Seel-hauß und Pflegschafften ohn überloffen lassen / es werde ihnen dann als Armen / ihrer Regul gemäß sonsten etwas freywillig gereicht / daneben selbigen bey deren Burgern und uunterthanen mendicando ihr Nahrung und Nothdurfft zu suchen in allweg befrey stehet / aber alle anmuthende Schuldigkeit außgeschlossen.

Solten dann / zum neundten / eine schrifftliche Fundation oder dergleichen wegen dises Closters Wallen auffgericht werden / würdet selbige forderist / damit nicht was præjudicirliches darein komme / einem erbarn wolweisen Rath fürzuweisen / zugleich deß dargegebenen Bodens / und anderer Mit-Hülff / auch diser Capitulationen darinn zu gedencken seyn.

Und daß den vorstehenden neun Articuln allerdings Folge beschehen / auch nichts darwiger fürgenommen werden solle / wollen wir als Käyserlicher Commissarius / nicht allein mit Fleiß daran seyn / sondern wir haben ehrengedachten unsern Herrn Nachbarn / zu dessen mehrern Gezeugnus auff ihr Begehren / gegenwärtigen schrifftlichen Schein / unter unser gewohnlichen Cantzley-Secret ertheilet / auch denselben mit eigner Hand unterzeichnet. So geschehen zu Wolffeg / den 17. Decembris deß ablauffenden 1626. Jahrs.

Heinrich Erbtruchseß / Freyherr zu Waldburg.

5. *Germaniam nostram* quod attinet, Malefactores ad Ecclesias confugientes, ibidem securitatem non habere, quo

quò minùs à Magiſtratu Politico inde avelli poſſint, jam ante ducentos annos tradidit Ioan. Petr. de Ferrariis. *in practica. tit. 52. num. 47.* Et hanc conſuetudinem in Germania invaluiſſe teſtatur quoque Anton. Faber. *in Cod. lib. 1. tit. 4. Defin. 1. n. 10.* De qua conſuetudine tamen probabiliter dubitare licet, non tantùm, quod inſignes Juris-Conſulti *Canoniſtæ & Caſiſtæ* noſtræ *Nationis Germanicæ*, hanc conſuetudinem, dum de immunitate hac Eccleſiarum ſpeciali, latè diſſerunt, penitùs reticeant, inter quos exiſtit Martin. Mager. *de advoc. armat. cap. 15. num. 72. & ſeqq.* Heinr. Caniſius, *inſtitut. Iur. Canon. lib. 2. tit. 24.* Paulus Leyman. *in theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 3. per tot.* Sed etiam authoritate Viri egregii & quondam Luminis Germaniæ noſtræ, *Vdalrici Zaſii*, qui expreſsè in conſiliis ſuis mentionem facit cujusdam Rei, confugientis ad Eccleſiam, eumque ab omni vi injuſta defendit Zaſius *lib. 1. conſil. 19. n. 10.*

6. De hac Eccleſiarum immunitate ita ſtatuit Ius Saxonicum Weichbildenſe *art. 9. in Gloſſ. num. 15. & ſeqq.*

Doch ſolt ihr wiſſen/ die Kirch und der Kirch-Hof beſchirmen alle Miſſethäter/ da ſie die Miſſethat in der Kirchen/ oder auff dem Kirch-Hof nicht begangen haben. Et paulò poſt.

Ihr ſolt wiſſen und vernehmen / fleucht ein Fridbrecher oder ein Miſſethäter zu einer Kirchen / oder einem Kirch-Hof / oder zu einem Cloſter / und folget man der Handhafften That nach mit Geruffſt / (als recht iſt) und mögen die/ die dem Fridbrecher folgen / ihn fahen in der Flucht auff den Kirch-Hof ohne Leibswehre / alſo daß die Pfaffheit da nicht gegenwärtig wäre die ihn beſchirmten/ ſie mögen ihn wol von dannen führen/ ſie ſollen ſich aber daran bewahren/ daß da kein Leibswehr geſchehe. Iſt aber da gegenwärtig jemands von der Pfaffheit / es ſey ein Pfarrer / oder ein Mönch / oder ein Nun/ und wehret/ daß man den nicht fahen ſoll (von Gottes

tes und deß Rechten wegen) sie sollen still stehen/durch deß Gehorsams willen/dann sie haben der Macht/ daß sie mit Gewalt darwider thäten. Hinc hodiè adhucdùm Cœmiteria die Kirch-Höf/ Freye-Höf genandt werden/ weilen bey und in der Kirchen die Freyheit ist. Besold. *in Thes. pract. lit. F. num.* 51. *verb.* Freyheit.

7. Verùm enim verò, cùm passim in Germania quædam Monasteria hoc singulare privilegium ab Imperatoribus jam olim obtinuerint, ut Malefactores liberè recipere, illique in iis tutum refugium habere possint, quale privilegium Monasterium *Creutzlingense* apud Sinum Bodanicum extra mœnia Civitatis Constantiensis habet. Idem de Ecclesia & Monasterio *S. Vdalrici* in Civitate Augustana Vindelicorum perhibetur. Test. Mart. Crus. *in Annal. part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 17. ac *lib.* 8. *cap.* 19. *in princip.* Simile privilegium immunitatis & securitatis Cœnobium D. Virginis, quod est *Lindavii* ad lacum Bodanicum, habere testatur Sebast. Münster. *in Cosmograph. lib.* 3. *cap.* 84. Singulare quoque Asyli & immunitatis Privilegium Monasterium *in Salem* ab Imperatore *Carolo V.* obtinuisse refert Matthæus Klock. *in antecog. contra* heiligen Berg. *fol.* 165. Vide Mart. Mager. *de advocat. armat. cap.* 15. *num.* 94. Dn. & Amic. Speidel. *in Specul. observat. ver.* Freyheit. Hæc & alia Exempla infra recensenda aliquem movere possent, ut censeat, regulariter Ecclesias & Monasteria in Germania hodie hac immunitate Ecclesiasticâ non ampliùs gaudere, eamque consuetudine universali abolitam esse; Frustrà enim opus fuisset singulari jure & privilegio obtinere id, quod aliàs jure communi competebat.

8. Imò jam ante aliquot centena annorum, criminis Reos ad Ecclesias confugientes in Germania non passim & ubique fuisse tutos à captura & pœna, testantur Leges

Francicæ, circa hanc Ecclesiarum immunitatem constitutæ. Nam apud Angesisum *Abbatem Loliensem* legimus, quod *Caroli Magni* tempore Malefactores ad Ecclesiæ immunitatem confugientes à Comite illius provinciæ evocari, & ter negatâ redditione, inquisiti ibi, atque inde extracti: Episcopi verò, vel Abbates, vel Vice-Domini ob recusationem triginta solidis & omni damno mulctati fuerint. Angesis. *leg. Francic. lib.* 3 *cap.* 26. Quod in lingua vulgari ita recenset Heroldus: Wann ein Dieb/ Todschläger/ oder ein anderer Ubelthäter/ in die Kirchen/ oder Klosters Freyheit/ laufft/ daß der Graf desselben Göws ihne Confugam von dem Bischoff oder Abt/ oder desselben Advocaten/ wider herauß erfordern/ ja/ auff dreymåhlige Verweigerung/ selbst aignes Gewalts hinweg nehmen / zumalen auch die Verweigerung abstraffen solle. Johan. Basil. Herold. *in Leg Franc. lib.* 3. *cap.* 26. referente Dani. Heider. *in Actis Lit. PPPPPP. fol. m.* 282. *ac in Apolog* der Reichs-Vogtey. *cap.* 3. *fol. m.* 174.

9. Sanè apud nos in Germania, & ubivis, veram Religionem juxta deprædicatum verbum divinum colentes, extra controversiam est: *Quod Ecclesiæ & Templa nostra, ubicunque sita sint, universim Reis confugis propter scelera & maleficia nullam securitatem præbeant, quin ordinarius loci Magistratus tales Malefactores propriâ authoritate deprehendere, carceri mancipare, & debita pœna, juxta juris & justitiæ tenorem, subjicere possit.* Nec Ecclesiæ Antistites ullum verbum pro tutela & securitate horum confugarum proferunt. Adeò ut hodiè apud Evangelicos, omnia jura tàm Civilia, quàm Canonica, quæ de immunitate confugientium ad Ecclesias sancita reperiuntur, abrogata sint.

10. Quæritur autem, *an justè & æquè hoc fiat?* quod utique affirmamus; Non modò, *Primò*, quoniam apud Evangelicæ Religioni addictos, Templis, extra usum sacrum, nulla

nulla sanctitas tribuatur. Amef. *in anti Bellarm tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *quæst.* 3. 5. *& seq.* Rivet. controverf. *tract.* 2. *quæst.* 41. Ideò, ut hodie Templa non in nullius, sed Universitatis, aut ædificantis, ac Magistratûs Politici dominio quasi, & directione sint. Simon. à Gœnevvegen. *tract. de legib. in Belg. abrogat. ad §. Sacra.* 8. *instit. de rerum divis. n* 2. Verùm etiam, *Secundò*, quoniam omnia ferè Ecclesiarum & Ecclesiasticorum privilegia localia moribus nostris in desuetudinem abierunt, totumque Ecclesiasticum regimen immutatum sit, dum non modò Templa, aliave Ecclesiastica Bona, sed etiam ipsæ personæ Ecclesiasticæ, potestati & jurisdictioni Magistratûs secularis subsint, juxta dictum Apostoli Pauli *ad Romanos cap.* 13. ut omnis anima potestati politicæ subsit. Actor. *cap.* 25. 1. Petr. *c.* 2. Rittershus. *tract. de different. jur. Civil. & Canon. lib.* 7. *cap.* 2. Grœnevvegen. *d tract. ad l. placet.* 5. *num.* 5. *& C. de Sacrosanct. Eccles.* Ac *ad tit. Cod. de his, qui ad Eccles. confug. num.* 11. Vide latè Reinking *de R. S. & E. lib.* 3. *clas.* 1. *cap.* 1. *per tot.* Ex antiquis scriptoribus vide Marsil. Pasav. pro Ludovic. Bavar. Imper. *tract. de defens. Pacis. cap.* 5. *part.* 2. Georg. Occam. *in Dialog de hac materia pass.* & alios; quos colligit Goldast. *tom.* 2 *de Monarch. Roman. Imper. per tot.* Alia quoque, *pro Tertio*, Ratio reddi potest, quare Constitutiones Imperatorum de immunitate eorum, qui ad Ecclesias confugiunt, hodiè ampliùs in Romano Imperio non observentur; Quoniam olim propter amplitudinem Imperii Romani, & universalem tum temporis Imperatorum Potestatem & jurisdictionem arg. *l. deprecatio.* 9. *D. ad Rhod. de jactu.* Delinquentes non facile poterant effugere, quin à Præside Provinciarum, aut à Prætore caperentur. Nam ad Magistratum loci ubi consistebant, per citationem scribebatur, & si contumaces latitabant, eorum bona & facul-

tates publicabantur: Sin vero deprehensi, transmittebantur ad locum delicti, per *Auth. qua in Provincia C. ubi de crimin.* ita ut reis nullus, nisi ad Ecclesiam, aut ad Statuas Imperatorum, Locus refugii esset.

11. Sed hodiè cum scissum sit quasi Imperium Romanum, ac jura Imperialia inter Principes, Comites, Barones, & Respublicas divisa, jurisdictioque jam hæreditaria effecta sit, facilis igitur delinquentibus adest elabendi occasio: Nam si malefactor fines & territoria, ubi deliquit, egreditur, mox tutus existit, dum transmissiones ex communi, & jam recepto jure, ampliùs non sint necessariæ, nec facilè in usu habeantur. Wesenbec. *in Paratitl. tit. de accusat. num.* 8. Joan à Sande. *decis. final. lib.* 1. *tit.* 1. Andr. Gail. *de Pac: Publ. cap.* 16. *num.* 30. Raderant. *decis. Cur. Traject. ult num.* 6. *& seq.* Ideò, ut vel ob hanc quoque causam, universa Ecclesiarum Asyla hodiè supervacanea sint, & meritò abolita fuerint. Bugnon. *de legib. in Gall. abrogat. lib.* 1. *sect.* 16. quod latè deducit. Simon à Groenevvegen. *de Legib. per Belg. abrogat. ad tit. Cod. de his, qui ad Eccles. numer.* 12. Urget, *Quartò*, hanc Templorum immunitatis abolitionem Authoritas, & respectus Politici Magistratûs, quies item publica. Nam si Templa universim pro securitate confugarum patescerent, quid aliud hoc esset, quàm sub velo pietatis authoritatem Magistratus eludere? & subditos ad inobedientiam, & rebellionem animare? Magistratus enim non frustra gestat Gladium, sed ad vindictam nocentium. Romanor. *cap.* 13. Ac Deus præcepit per Moysen: auferes malum de medio Tui. Conrad. Rittershus. *de different. utriusq. Iur. lib.* 6. *cap.* 5. *in fin.* Et filius ejus Georg. Rittershus. *de Asyl. cap.* 3. *num.* 8. Ast Criminosorum receptione in Ecclesiis nostris maximè impeditur Magistratus in administsatione & executione justitiæ. Publica enim utili-

utilitas requirit, ut delicta publica, propter exemplum, publicè vindicentur. *l. ita vulneratus. §. ult. D. ad L. Aquil.* Ac leges beneficia sua delinquentibus non tribuunt. *per l. 26. §. 6. D. ex quib. caus. mai. l. 2. §. 3. D. ad SC. Vellej.* Zoaret. *de Roman. Imper. num.* 86. Sed immunitatem à pœnis expressè denegant.. *l.* 18. §. 1. *D. de jud.* Nov. 25. *cap.* 2. Nov. 117. *cap. ult.* Covarr. *in cap. peccatum. part.* 1. *num.* 7. *de Reg. jur.* Vasq. *illustr. controvers. cap.* 29. *num.* 12. latè Martin. Mager. *de advoc. arm. cap.* 8. *num.* 7. *& seq.* Audi Marcianum Jure Consultum: Pessimum genus est receptatorum, sine quibus nemo latere potest: ac præcipitur, ut perinde puniantur atque latrones, in pari enim causa habendi sunt, quia cum apprehendere latrones possint, pecuniâ acceptâ, vel subreptorum parte dimiserunt, textus *in l.* 1. *D. receptator.* Unde *Quintilianus*, proximos existimat transfugis, à quibus transfugæ recipiuntur. Georg. Becht. *de securit. thes.* 86. Martin. Mager. *dict. cap.* 8. *num.* 10. Ames. *de conscientia. lib.* 5. *cap.* 34. *Quæst.* 6. *num.* 14. latè Georg. Ritterhus. *dict. tract. cap.* 3. *num.* 24.

12. Nec Templa in hunc finem extructa sunt, ut existant speluncæ, & latibula Maleficorum, sed ut sint Oratoria Christianorum. Proinde hæc Confugarum immunitas in nostris Templis ab orthodoxis Principibus hodiè propter intolerabilem Pontificum abusum meritò omnino sublata fuit, cum ex Historiis patescat, quod etiam Ethnici Imperatores Asyla propter abusum abrogaverint. Sic *Tiberium Cæsarem*, cum Asylorum impunitates malefaciendi ansam iniquis hominibus præstarent, ea abrogasse, legimus, ne impunita manerent crimina apud Tacit. *lib.* 3. *annal.* Sueton. *in Tiberio cap.* 37. Petr. Gregor. Tholosan. *in Syntagm. lib.* 33. *cap.* 22. *n.* 6. *in fin.* Et *Augustum Cæsarem*, Asyla à Veteribus constituta, destruxisse, scimus, ne pro-

posita immunitatis spes causam & ansam facinoribus daret. Alexand. ab Alexandr. *lib.* 3. *cap.* 20. Melch. Jun. *part.* 1. *quæst. Polit.* 65. Quos imitatus est, *Henricus VII. Anglorum Rex*, cùm assiduis rebellium insidiis turbaretur Regnum, ut coërceret improbos, qui, conspiratione non succedente, in diversa Asyla sese recipiebant; ideò eorum immunitatem sustulit. Polyd. Virgil. *Histor. Anglic. lib.* 26. Zvvinger. *in theatr. Vita human. vol.* 18. *lib.* 1. *fol.* 32. 67. Clapmar. *de arcan. rerumpubl. lib.* 4. *cap.* 6. Georg. Ritterhus. *d. tr. cap.* 11. *num.* 3. Unde, quam optimè & cordatè de hac immunitate Ecclesiarum, & confugarum securitate jam ante ducentos & quinquagenta annos *Ioan. Petr. de Ferrariis, Papiensis*, scripserit, hæc ejus verba testantur: *Ex his non potest improbabiliter quæri; an Reus confugiens ad Ecclesiam, (puta Homicida, Latro, vel similis) possit exinde trahi, & realiter per judicem secularem citari? Et videtur quod non, per textum in l.* 1. *C. de his, qui ad Eccles. confug. cap.* 1. *X. de immunit. Eccles. cum similib. Ego dico (salvâ reverentiâ) quod hæc jura sint facta sine ratione, & ad beneplacitum: imò & contra jus divinum, quâ cautum est, Domus mea domus Orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam Latronum. Ierem.* 17. *v.* 11. *Si enim Christus noluit tolerare ementes & vendentes in Ecclesia, sed eos ejecit. Matthæi.* 21. *v.* 12. *quantò magis non vult receptari in sua Ecclesia Latrones, homicidas, & similes. Quia ergò minor in majorem non habet imperium, nec jurisdictionem: Dico quod nullo modo tales personæ possint, nec debeant, in Ecclesia recipi, nec ejus suffragio defendi, imò totaliter ab Ecclesia, & extra Ecclesiam sint ejiciendi.* Hæc Ferrariensis *in Pract. Papiens. tit.* 51. *Gloss.* 1. *num.* 47. quem laudando citat. Nicol. Boër. *decis.* 109. *num.* 8. ac Jodoc. Damhoud. *in pract. crim. cap.* 106. *num.* 21. Et hæc Ferrariensis opinio tanquam justior placet quoque Petr. Gregor. Tholosan. *in Syntagm.*

lib.

lib. 33. *cap.* 22. *num.* 6. quod latè deducit Lambert. Danæ *in Ethic. Christian. lib.* 2. *cap.* 12. *fol. m.* 198. Rudolph. Brand. *disp. Basil.* 29 *Coroll.* 1. *vol* 2. Ubi scribit: Eos, qui Templorum protectione, & Asylis maleficos frui permittunt, crimen excusatione indignum, committere. Sim. Grœnevvegen *ad dict. tit. C. de his, qui ad Eccles. n.* 12. Quàmvis hæc assertio non omnibus modis placeat, & parùm piè dictum esse censeat. Anton. Faber. *in Cod. tit. de his, qui ad Eccles. Defin.* 1. *num.* 8. *&* 9.

13. Nec cuiquam ullum scrupulum movere debet, ea quorundam Doctorum assertio, qui tradunt, quod Ecclesiarum immunitas, & ibidem facinorosum permanendi securitas sit *Iuris Divini*; adducendo textum, Exodi 21. *v.* 13. 14. ac 1. *Reg.* 1. *v.* 50. Ubi Homicida confugiens ad *Altare Dei*, inde extrahi, â Deo Ter. Opt. Max. acriter prohibetur. Decian. *Consil.* 80. *num.* 10. *vol.* 3. Petr. Beck. *de Iure sistend. cap.* 6. *num.* 1. Farinac. *de immunit. Eccles. cap.* 2. *n.* 9. Qui latè hoc tractat, & plures Authores adducit Rebuff. *de immunit. Ecclesiæ. art.* 1. *Gloss.* 1. *num.* 2. *in Constitut. Regiis.* Steph. Guazzin. *de defens. Reor. Defens.* 1. *cap.* 29. *num.* 4. Ideò immunitatem hanc *nec consuetudine*, *nec contrariis constitutionibus* aboleri, aut ei quicquam derogari posse, censent; quod amplificè deducit: Alexand. Ambrosin. *de immunit. Eccles. c.* 14. *per tot.* Jan. Guttierez. *quæst. jur. Civ.* 1. *num.* 12. Rursus latè Farinac. *dict. cap.* 2. *num.* 14. *& seq.* Anton. Faber. *dict. definit.* 1. *num.* 14. Rebuff. *in Constitut. Reg. tit. de immun. Eccles.* Qui valdè invehit contra *Iudices* Regni *Franciæ*, qui illam immunitatem refringere conantur, quod latè deducit. Guazzin. *dict. tr. defens.* 1. *cap.* 34. *per totum.* Idque operosè defendere nititur Joan. Ignens *ad L.* 1. *num.* 25. *& pl seq. D. ad SC. Syllanian.* Siquidem hanc Ecclesiarum immunitatem non esse juris Divini,

tra-

tradunt præcipui Scriptores, Catholicæ Religioni addicti, quorum primarius est: *Paulus Laymannus Jesuita*, tradens: Quàmvis in lege veteri, præter Civitates refugii, etiam ipsum Templum Hierosolymitanum Reis pro Asylo constitutum fuerit. Sicuti colligere licet *ex cap.* 21. *Exodi.* Ubi hæc verba leguntur: Constituam tibi locum, in quem fugias; id est *altare* Templi, attamen Lex illa Mosaica, post Christi mortem, expiravit. Ideò non ex illius obligatione, sed, solùm ad imitationem, talis immunitas sacris locis concessa est. Non enim id præcipit absolutè Lex naturæ, ut confuga in Ecclesia sit tutus, etiam suppositâ sanctitate loci. Quippe cum extractio Malefactorum, quæ per se justa est, juri divino haud repugnet. Multò minùs Lex positiva Evangelica talem immunitatem decrevit; quandoquidem Christus, super legem naturæ & Fidei, nullas Leges ceremoniales præscripsit. Hæc Layman. *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 1. Et hoc cùm eo Covarr. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 20. *num.* 2. Suarez. *de Religion. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 3. *num.* 13. Peguera. *decis. crim.* 25. *num.* 1. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 2. *in med in med.* quibus adde Groënevvegen. *de Legib. in Belg. abrogat. ad tit. Cod. de his qui ad Eccles. num.* 7.

14. Ex quibus consequitur, quod hæc confugarum immunitas in Ecclesiis, tàm consuetudine, quàm Statuto, aut constitutione antiquari, & aboleri optimo maximo jure possit; Secundùm tradita Covarr. *dict. var. Resol. cap.* 20. *num.* 4. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 30. *num.* 3. Paul. Christinæ. *decis. Belg.* 46, *num.* 6. *vol.* 2. Quod latè in rationibus dubitandi deducit Joan. Igneus. *ad l.* 1. *num.* 9. *& seq. D. ad SC. Syllan.* Imò antiquari debeat. Quoniam Consuetudo, quæ dat occasionem delinquendi, (qualis hæc est,) omnino non servanda, sed abolenda est. *l. convenire. D. de pact.*

pact. l. alia §. eleganter. D de solut. matrim. Sicuti hasce immunitates in Germania, Gallia, & Lombardia, meritò sublatas esse, asserit Petr. Gregor. Tholosan. *lib.* 33. *Syntagm. cap.* 22. *num.* 6. Cui tamen per omnia, & definitè, fidem adhibere non possumus.

15. Præterea considerandum quoque est, quod *Ratio*, cur in veteri Testamento Civitates, ac Templum Dei, pro refugio delinquentium fuerint constitutæ, hodie omnino cesset, ideoque etiam Templorum immunitas supervacua erit. Nam in Populo Israëlitico licitum erat consanguineis & propinquis, propriâ authoritate necem defuncti vindicare, & percussorem proëreticum è medio tollere. *Numeri* 35. *v.* 27. Vide omnino Guilielm. Ames. *de Casib. Conscient. lib.* 5. *cap.* 34. *quæst.* 6. Ast cum hodiè propinquum sanguinis vindicem nemo metuere necesse habeat: siquidem omnis privatim se ulciscendi cupido, & vindicta interdicta est, *per l. scientiam.* 45. §. *qui cum, D. ad l. Aql. ac per tot. tit. D. & Cod. de vi privat.* Dum Magistratus Tutela in medium sit constituta, cive incumbat prospicere, ne cuiquam vis aut injuria inferatur. *per l. nam salutem.* 3. *D. de offic. Præsid. vigil.* Obrecht. *tract. de necessar. defens. cap.* 2. *num.* 10. Leibfrid. *de jur. Asylor. th.* 16. *lit. D.*

16. Ideò hodie Templa nostra orthodoxæ fidei, refugium sui naturâ, delinquentibus, & homicidis, (qui casualiter, aut per culpam, deliquerunt) præbere non debent. Christ. Besold. *in delibat. lib.* 1. *tit. de Asyl. fol. m.* 56. Groënevvegen. *ad dict. tit. Cod. de his, qui ad Eccles. num.* 13. Præsertim, cum aliàs juris sit, ut si quispiam timet offendi ab alio, Judicis officium implorare possit, ut illum compellat, sibi præstare cautionem idoneam, & securitatem de non offendendo, ac interim causa homicidii terminetur. *per l. denunciamus.* 4. ibi legitimum præstare præsidium.

Cod. de his, qui ad Eccles. Confug. Gomez. *tom.* 3. *var. Resol. cap.* 6. *num.* 26. Herculan. *tract. caut. de non offend. c.* 3. *num.* 1. Gail. *Lib.* 1. *de Pac. Publ cap.* 2. *num.* 1. Latè Farinac. *in prax. crim. quæst.* 107. *num.* 14. *& seqq.*

17. Concludo igitur cum *Guilielmo Amesio*, qui hisce formalibus verbis de Judæorum Locis refugii scribit: Æquitas horum fuit, *Primò*, Homicidas non nisi causâ cognitâ ulciscendos. *Secundò*, subveniendum esse Eis, qui contra, vel præter intentionem suam, aliquid mali fecerunt. *Tertiò*, Rationem habendam esse naturalis hominum doloris. *Quartò*, Reverentiam singularem deberi locis sacris: Sed non propter illam concedendam esse ullam impunitatem hominibus sceleratis. Ames. *lib.* 5. *cap.* 35. *quæst.* 6. *num.* 20.

CAPUT VI.

In Imperio Asyla Imperator aperit.

SUMMARIA.

1. *Asyla constituendi Jus, Regale est.*
2. *Solus Imperator eadem constituit.*
3. *Solius Imperatoris est, universales & speciales leges condere.*
4. *Imperator, aliique Reges absoluti, subvenire possunt sine exemplo.*
5. *Id quod asseritum subsequentibus corroboratur.*
6. *Loco Securitatis Monasterii in Salem.*
7. *Divitis Augiæ.*
8. *Tenor Privilegii.*
9. *Cœnobii D. Virginis ad Lindavium.*
10. *S. Udalrici Augustana Civitatis. Mercatoribus Fallitis apprimè utilis.*
11. *S. Galli in Civitate Sangallensi apud Helveticos.*
12. *Domus Monasterii Adelbergensis in libera Eslingâ sita. Ipsa privilegii verba.*
13. *Monasterii Hirsaugiensis Wirtenbergici. Crenzlingensis. Ordinis Teutonici. Ordinis S. Joannis Hierosolymitani Maltensis.*
14. *Sueviæ Civitatis Biberacensis Hospitalis.*

15. Ci-

15. Civitas Reutlingensis seculare constitutum est asylum. Tenor ipsius securitatis privilegii.
16. Homicida dolosus eo non gaudet. Quibus modis confugus debeat ibidem recipi.
17. Dolosum Homicidam Reutlinga actor criminaliter debet convenire. Præjudicium.
18. Actor ibidem absque constituta satisdatione non admittitur. Exemplum. Pfullinga Civem Reutlingensem homicidam uti dolosum, custodit.
19. Brisacum Brisgoviæ oppidum secura loca ciet.
20. Alsatiæ Civitas Montana asyli loco constituta est.
21. Neomontana Ducatus Wirtembergiæ Civitas eodem jure præmunita. Ipsa verba Securitatis.
22. Simili jure Securitatis gaudent oppida Roth & Suabach Saxenhausen Bancosallitis inobscurum. Frey-Städt *vulgo dicta. Pirbaum. Civitas Valentiniana.*
23. Aedes Securitatum Domicilia.
24. Franciæ Civitas Tolosa. Ferrariensis in Italia, & Nivernensis in Gallia.
25. Etiam in Oriente, Mahumetanis cognita sunt asyla. Imprimis Templa majora, & illustriora, nec minus Sacella, Regumque horti cæteris eâdem immunitate prævalent, Ispahan Persici Regni civitas hoc jure viget.
26. Ardebil Persiæ Asylum.
27. Magnus Mogol Rex Indorum in Metropoli Agra eadem loca securitatum construxit.
28. Literæ publicæ asyli portatilis naturam induunt. Persarum Syaretname in Civitate Ardebil confugos præmuniunt.
29. Regum, Principumque aulæ & palatia secura loca perhibent. Exempla eorundem locorum immunium quod docent, Chilperici IV. Franciæ Regis ad Ludovicum Lotharingiæ Ducem aufugientis. Alphonsi Lusitaniæ Regis. Zizimi Turcæ. Indiarum Regis à fratre Magno Mogole regno expulsi.
30. Statuæ Principum Romanis fuerunt asyla. Exemplum Tiberii. Non vigent amplius.
32. Imperator Romanus etiamnum temporis condere valet asyla. Privatæ Domui elargita. Asyla Cæsarum de reservatis sunt.

CÆterùm in Imperio Romano-Germanico jus constituendi Asyla hodie est de Regalibus, & inter majora

Majestatis jura refertur. Proinde *Imperator solus* locum quendam, sive civitatem, sive Monasterium, aut Ecclesiam, tali Immunitate donare, ac refugii Privilegio, munire potest, ut Homicida ex quacunque Imperii Provincia ad illum confugiens, securitatem adipiscatur. Georg. Ritterhus. *de Asyl. cap.* 5. *num* 6. Velsten. *quæst. Polit. decad.* 4. *th.* 6. Besold. *in delibat. lib.* 1. *fol.* 53. Keckerman. *Polit. lib.* 1. *cap.* 17. Martin. Mager. *de advocat. armat. cap.* 15. *n.* 6. Dn. Knipschild. *de jur. Civ. Imp. lib.* 2. *cap.* 23. *n.* 23. ex Gallis idem tradit Petr. Gregor. Tholosan. *de Repub.. lib.* 13. *c.* 22. *& seqq.*

2. Idque hac optimâ ratione; Nam leges sancire, quibus subditi universi obstringuntur, primum & præcipuum Majestatis est attributum *per l. fin.* §. 2. *ubi.* Leges condere soli Imperatori concessum est. *C. de Legib.* Vasq. illustr. *controv. cap.* 47. Boritius *de Majestat. cap.* 16. Camman. *de Reg. disput.* 4. *Th.* 1. *&* 15. latè Besold. *de jur. Majest. cap.* 2. *num.* 1. Reincking. *de R. S. & E. lib.* 1. *class.* 5. *cap.* 6. *n.* 9. *&* 180. Cujus autem est leges ferre generales, ejusdem quoque est jus singulare, seu Privilegium, dare, & locum quendam securitate munire, arg. *l.* 16. *D. de leg.* Novell. 6. *cap.* 2.

3. Imperator enim solus est Universalis, solusque specialis juris conditor & Author. *per l. fin. C. de legib. lib.* 1. §. *idque a Principe. D. de aqua. quotid. & æstiv.* Baro Enenckel. *de Privil. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 21. *& seqq.* Reincking. *lib.* 1. *Class.* 3. *cap.* 12. *n.* 46. Camman. *de Regal. disp.* 4. *th.* 17. Besold. *de jur. Majest. cap.* 2. *num.* 6. *ac in Delibat. lib.* 1. *fol.* 43.

4. Consequenter jus & facultas noxæ eximendi, criminisque admissi gratiam faciendi, Imperiali Majestati convenit: Adeòque Imperator aliique Reges absoluti, aliquem criminis Reum, pœnis communi jure criminibus præstitutis, singulari Privilegio eximere, & sine exemplo subvenire potest. *per l.* 1. *D. de constit. Princip.* quò facit *text.*

in l.

in l. 17. *D. ad SC. Turpillian.* §. 6. *Instit. de jur. H. G & C. text. in l. moris.* §. *ista fere.* ibi: Verùm referre ad Principem debet, ut ex authoritate ejus, pœna aut permutetur, aut liberentur. *D. de pœnis.* Anton. Faber. *in Cod lib.* 9. *tit.* 25. *defin.* 1. Moditius *in decis.* §. *Princip. Placita. dubit.* 225. Don. Garsi Masril. *de Magist. lib.* 3. *cap.* 7. Camman. *disp.* 4. *thes.* 68. Besold. *de jur. Majest. cap.* 4. *n.* 1. *& seq. ac in Delibat. lib.* 1. *fol.* 51. Reinking. *lib.* 2. *Class.* 1. *cap.* 8. *n.* 63. Quemadmodum autem *Imperator* facinorosis ex certa causa pœnam temperat; aut penitùs remittit, ita quoque delinquentibus Asyla aperire, ac certa refugii loca instituere potest, quæ confugientibus tutum receptaculum præbent. Joan. Coras. Miscellan. *lib. ult. c.* 26. Petr. Heig. *lib.* 2. *quæst.* 22. *n.* 6. Christ. Leibfrid. *de Asylis. conclus.* 9. *lit. B.* Caspar. Klock. *de contribut.* Et hoc jus dandi tutum refugium, ac Asyla constituendi, etiam in Templis, aliisve locis Religiosis, alii quoque Reges absoluti jam olim sibi ipsis appropriârunt, & exercuerunt. Sicuti ex superiùs allegatis exemplis patescit.

5. Quod Exemplis in Imperio Romano Germanico illustrari potest; Multa enim reperiuntur in Germania loca, tàm religiosa, quàm secularia, quibus jus Asyli Imperatores attribuerunt, ac quæ Homicidis aliisve delinquentibus tutum Præsidium præbent.

6. Primum occurrit egregium *Sueviæ* nostræ *Monasterium in Salem:* Singulare enim Privilegium Asyli Anno 1541. dem Gotteshauß Salmansweiler *ab Imperatore Carolo V.* concessum est: Ut in eodem, ac omnibus ejusdem pagis, villis, & indiciis, Bannitis tutò vivere, & morari liceat; sicut hoc luculenter ex ipsius Privilegii verbis constat; quæ ita se habent: Wir haben ihme auch die andere Gnad/ und Freyheit gethan/daß sie mögen in ihrem Gottes-Hauß/und in allen desselben Gerichten/Dörffern/Weilern und Höfen/offen ver-

schriebene Aecker / gleichwol wider Verbott/ Hof- Land- und andere Gericht/ ohn alle Straff ihr und den ihren/ enthalten / doch dem Kläger zu seinen Rechten. Quod Privilegium reperies apud Matth. Klock. *in Ante categ. in causa* Salmansw: *contra Comit. de Fürstenberg.* wegen Heiligenberg/ *fol m.* 169.

7. Simile Asyli Privilegium, & refugii Jus habet quoque *Principale Monasterium Divitis Augiæ*, das Fürstliche Gottes-Hauß Reichenaw / *in lacu Bodanico propè Constantiam situm*, quod ab *Imperatore VVenceslao* Anno 1592. concessum, & ab Imperatore Ruperto confirmatum legimus, idque sese ad totam Divitis Augiæ insulam extendit, sicuti patet ex prædicti Monasterii libro immunitatis cujus tenorem mihi ex Archivo Constantiensi transmisit Dn. & Amicus meus Jacobus Eberhardus, Cancellarius Episcopi Constantiensis, sicuti ex sequentibus patescit:

EXTRACT.

8. Bey Regierung Ihrer Hochfürstl. Durchl. Herren Cardinal Andreä von Oesterreich/ Bischoffs zu Costantz/ rc. erneuwerten Reichnauwischen Freyheit-Buchs.

Regalien und Herrligkeiten deß Fürstlichen Gottes-Hauß Reichenaw.

Käiserliche Freyheit / welcher umb Todschlag oder Schulden/ auch andere Recht leiden mag / der hat allda Käiserl. Freyheit.

Der Römische König Ruprecht/ rc. als er damals zu Costantz war / confirmirt dem Gottes-Hauß Reichenaw seine Freyheiten/ darinnen er König Wenceßlai gegebener Freyheiten/ Anno 1392. außgangen/gedenckt/offne Aechter in deß Gottes-Hauß Reichenaw Städten/und Flecken/zu enthalten/ dise Freyheit war zu Costantz gegeben laut Registratur-Buchs/ *fol.* 44. *fac.* 2.

9. Pari

9. Pari Privilegio Imperiali ab Imperatore Ludovico II. Anno 866. munitum est *Cœnobium D Virginis in Civitate Lindaviensi, ad Lacum Bodanicum situm*, quod sontibus inviolabile præbet refugium, & occasionem urbis amplificandæ dedisse refert Sebast. Münster. *in Cosmograph lib. 3. cap. 239.* Casp. Brusch. *de Monaster. rubr. Lindaviens Monasterium.* D. Knippschild. *de Civit. Imper. lib. 3. cap. 31. num. 8.*

10. Eâdem Asyli, seu confugii immunitate gaudet *Monasterium S. Vdalrici Civitatis Augustanæ*, quam *Abbas Gosvinus de Thierheim* circa Annum 1269. ab Imperatore *Conrado* obtinuit, quæ confugii libertas & securitas, ad triduum duntaxat durat, attestante *VVelsero, & VVeilichio*, qui recensent: Daß Abbt Goßwin von Thierheim der erste gewesen / so die Ubelthäter im Closter / als in einer Befreyung auffgehalten / und gleichwol nicht länger dann drey Tage. Engelbert. Werlich. *in Chron. August. part. 2. sub Hartmannio. 42. Episcopo Augustano. fol. m.* 81. Quod Asyli privilegium Crusius ulteriùs extendit, ut Abbati fas sit ad confugæ instantiam, elapso triduo, ulteriorem permanendi facultatem concedere. Crus. *in annal. Suevia. part. 3. lib. 2. cap. 17. & lib. 8. cap. 19 in princip.* Et hoc refugii monasterium Mercatoribus fallitis benè notum, ac simul ab iis, qui aliâs sanctos parùm venerantur, valdè frequentari, tradit Dn. & Amicus meus Speidel. Cancell. August. *in Specul. Iur. Pol. lit. F. verb.* Freyheit. 77. *fol. m.* 360.

11. Hujusmodi refugium præbet quoque *S. Galli Monasterium* apud Helvetios in Civitatè Sangallensi situm, de quo sequentia scribit Sebastianus Münsterus: In dem Circkel deß Closters ist Freyheit / allen denen / die frävele Thaten begangen / außgenommen / das Malefitz / das gehöret der Stadt zu rechtfertigen / wann es offenbahr malefitz ist. Münster. *in Geograph.*

12. Me-

n. 12. Memoratur quoque inter Germaniæ Asyla Imperialia, *libera domus Monasterii Adelbergensis in Imperiali Civitate Eslingensi* sita, ac vulgò der Frey-Hof dicta, cui ejusmodi Privilegium ab Imperatoribus concessum, Imperator *Maximilianus I.* Anno 1513. determinavit, ác Imperator *Carolus V.* Anno 1552. & *Ferdinandus I.* Anno 1559. confirmaverunt, quo immunitatis Privilegio, inter alia & hæc continentur: Daß nun hinfüro ein jede Person / die umb Missethat und Verhandlung an Ehren / Leib / und Leben / mit Recht gestraffe werden möchte / und in den berührten Hof / so ferr die mit Mauren und sonst begriffen und umbfangen ist / und wem ein Abbt / Convent / und ihr Anwald daselbst / (zu der Wihen und Gefallen solche Person der Freyheit geniessen zu lassen stehen solle) solches zugibt und vergönnet / weichet / darinn frey seyn soll / rc. & ea quæ sequuntur vide apud Collect. Docum. Rediviv. Monast. Wirtemb. sub V. Adelberg. *fol. m.* 105. *& seqq.* ac apud Dn. Knippschild. *de Civitatibus Imper. lib. 2 cap. 23. n. 15.*

n. 13. Asyli quoque jus jam olim *Monasterium Hirsaugiense in Ducatu VVirtembergico* ab Imperatoribus obtinuit. Id quod Imperator *Maximilianus I.* Anno 1495. ad loca extra Monasterium sita, præsertim ad proximam Cauponam, singulari gratiâ extendit, sicut exemplum hujus privilegii præbet narratio facti, quod recenset Collector Docum. Rediviv. Monast. Wirtemb. *sub V. Hirsaugia. fol. m.* 609. *&* 611. Viget insuper refugii privilegium ex singulari Imperiali gratia in *Creuzlingensi* Monasterio, extra mœnia Oppidi Constantiensis sito, attestante Martin. Mager. *de advocat. armat. cap. 15. num.* 97. *Ordinem quoque Teutonicum* der Teutsche Orden *ab Imperatore Carolo IV.* circa Annum 1378 simile Privilegium obtinuisse; daß alle deß Ordens Häuser in allen Teutschen Landen / und darzu alle / die mit ihr Leib und Guth da einfliehen / frey und sicher seyn / also / daß niemand ihr

Leib

Leib und Guth darauß freventlich / noch mit Gewalt nehmen solle in keine Weise. refert Casp. Klock. *consil.* 10. *num.* 338: simile Privilegium *Ordo S. Ioannis Hierosolymitanus in Malta ab Imperatore Carolo IV.* accepit, quod à Successoribus in Imperio Rom. Germ. confirmatum fuit, ficuti hujus tenorem præcedenti penitùs conformem verbaliter recenset Christian. V. Osterhausen. Eq. Melit. *in tract. de Ordine S. Ioannis Melit. sub tit. de Privileg. fol. m.* 807.

14. In *Sueviæ Civitatis Biberacensis Hospitali*, satis quondam lauto & diviti, Asylum & tutum receptaculum habent homicidæ, qui non ex proposito, sed, præter voluntatem, cædem commiserunt, ita, ut in eo, & aliquot circa id passibus commorantes, securitatem habeant, nec conveniri possint. Sicuti ex Zeilero in Topograph. Sueviæ verb. Biberach. hoc refert Dn. Knippschild. *de Civitat. liber. Imper. lib.* 3 *cap.* 4. *n.* 6. Quod etiam hac ratione sustinetur, quoniam Hospitalia, Episcopali Authoritate erecta, jure Asyli & refugii gaudent. Secundùm Remig. *de immunit. Eccles. ampl.* 3. & 17. Choppin. *de iure Cœnobior. lib.* 2. *tit.* 1. *art.* 27. Guazzin. *de Reor. defens.* 1. *cap.* 37. *n.* 28.

15. Inter secularia Asyla, quæ in Imperio Rom. Germ. reperiuntur, in primis occurrit egregium refugium, quo *Civitas Imperialis Reutlinga*, in medio *Ducatu Virtembergensi* sita, ab Imperatoribus condecorata est. Civitas enim hæc Imperiali munificentiâ, originis ferè nesciâ, obtinuit, ut si quispiam, citra propositum, ex calore iracundiæ, aut ob defensionem vitæ, homicidium, extra Civitatem Reutlingensem, ejusve territorium, commiserit, ac in Civitatem, aut districtum hunc confugerit; impunitatem, seu securitatem permanendi ibidem habeat, adeò, ut nec ipse Homicida, nec bona ejus judicialiter à quopiam inquietari possint. Quod privilegium Imperator *Maximilianus I.* Anno 1459.

confirmavit, hisce formalibus: Daß nun hinführo alle und jegliche Personen/ so auß Hitz deß Zorns/ oder zu Auffenthalt und Rettung ihres Lebens/ ausserhalb der Stadt Reutlingen/ und dem Zehenden uñ Ettern daselbsten/ Todschläg thun/ und vollbringen würden/ in bemeldter Stadt Reutlingen/ und Zehenden/ und Ettern darzu gehörig/ Freyung haben/ und daselbst umb solch Todschlag zu recht nicht angefallen/ gestellt/ noch beklagt: Derhalben wider sie/ ihr Leib und Güther nicht gericht/ geacht/ geurtheilt/ noch procedirt werden sollen. Vide tenorem hujus privilegii apud Besold. *de jur. Majest. cap.* 4. *num.* 8. *fol. m.* 159. Alia insuper requisita Homicidarum ad hoc Asylum confugientium vide apud Dn. & Amic. meum, Philipp. Knippschild. *de jur. & Privileg. Civit. Imp. lib* 3. *cap.* 44. *num.* 24. 28. *&* 29.

16. Quod si quispiam ex insidiis, aut deliberato animo, homicidium perpetraverit, alſo wo vorbedächtliche gefährliche Todschläge wären beschehen/ hoc securitatis privilegio gaudere minimè potest: id quod juri quoque communi consentaneum est. *per cap.* 1. *X. de Homicid.* Tiber. Decian. *in prax. crimin. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 12. Farinac. *in tract. crim. quaest.* 28. *num.* 23. *& seqq.* Proinde Senatus Civitatis Reutlingensis, Confugam, eorum implorantem tutelam, non recipit, nisi juramento corporali asseverare queat, sese vel defensionis causâ, vel immoderatâ pulsus iracundiâ, adversarium occidisse. Sin verò hoc juratò asserere nequeat, tutum refugium ei non promittitur, sed abire jubetur; Quo casu vulgò dicitur: Er hat die Freyheit nicht leiden mögen. Besold. *in Delibat. lib.* 1. *tit. de Asyl. fol. m.* 55.

17. Quaeritur autem; *An Civitas Reutlingensis homicidam dolosum, ad instantiam Principis, aut Domini territorii, in quo Homicidium perpetravit, sistere teneatur?* Senatus Reutlingensis id pernegat; & hoc vigore dicti privilegii Imperia-

lis,

lis, quo Actor Reum homicidii dolosi coram Magistratu Reutlingensi criminaliter convenire jubetur, in verbis der Ordnung/so den Todschlägern vorgelesen wird: Wäre aber der Todschlag verdächtlich/oder gefährlich beschehen/so man gegen euch Rechtens begehret/ werden ihr zu Recht fürgestellt und beklagt: ac in verbis Privilegii: Daß sie (von Reutlingen) auff der Kläger Ansuchen/ gegen den Thätern Recht ergehen lassen sollen/ wie es sich gebührt. Dn. Knippschild. *dict. cap.* 44. *n.* 25. Unde Patrum memoriâ constat, quod Civis Tubingensis, Studiosi cujusdam insidiosus interfector, Reutlingæ latitans, à Magistratu Academico criminali ibidem accusatione pulsatus, & condemnatus, gladii pœnâ affectus fuit, attestante Besold. *dict. lib.* 1. *tit. de Asylis. fol.* 55.

18. Non admittitur autem Actor ad litis instantiam, nisi priùs idoneam satisdationem præstet; Proinde cum Doctoris *Zachariæ Langiahrii* à Cæmentario interfecti Vidua contra Reum *Reutlingæ* existentem, actionem criminalem intentare vellet, non priùs, nisi 5000. aureis præsentibus, realiter depositis, ad Processum admissa fuit. Dn. Knippschild. *dict. cap.* 44. *n.* 24. Hoc insuper observandum, & sciendum est, quod si Civis Reutlingensis, aut quispiam alius in Civitate aut territorio Reutlingensi Homicidium in rixa, aut calore iracundiæ, vel sui defensionis causâ committat, eundem in pago Wirtembergico Pfullingensi, ejusve districtu, vix dimidium horæ ab urbe Reutlingensi distante, tutum, & inviolabile refugium habere, sicuti praxis inveterata, & immemorialis observantia attestatur.

19. Secundus refugii locus in Germania se offert *Brisacum, Brisgoviæ oppidum*, & munimentum hodie fortissimum, ab *Imperatore Henrico VI. Barbarossæ filio*, Asyli jure condecoratum, teste Otthone Episcopo Frisingensi, qui ita formaliter tradit: *Idem Rex Henricus Castrum quoddam in*

Brisgovia, Bresacum *dictum* in refugium pauperum, velut misericordiæ Asylum, cœpit ædificare, cunctosque confugientes illuc à totius injustitiæ violentia, Regali potentiâ studuit defensare Orth. Frising. *in Chron. lib. 7. cap. ult. in fin.*

20. Ampliori refugii Securitate condecorata est Alsatiæ *Civitas Montana* Ober-Bercke/ vulgò dicta, quæ non tantùm homicidis, sed & aliis delictorum Consortibus pro asylo patet, eisve ad dies vitæ, per centum annos, & unum diem. tutam mansionem præbet, referente Mart. Mager *de advocat. arm. cap. 15. n. 96.* de qua ita scribit Samson Hertzog: Welcher umb Todschlag oder Schulden/ auch anders Recht leiden mag/ hat allda Käiserliche Freyheit/ gehöret dißmal dises Städtlein an das Hauß Oesterreich. Hertzog *in Chron. Alsat. lib. 3. cap. 4.*

21. *In Ducatus Wirtembergici Civitate Neomontana* (quæ vulgò Newenbürg vocatur;) tutò versari licere per sex hebdomadas, & tres dies profugo, qui cædem ex ira, ac animi impetu commisit, vulgò; & quidem, uti nunc comperi, verè, refertur. Martin. Mager. *dict. cap. 15.* Dn. & Amicus Speidel. *in specul. observ. verb.* Freyheit.

Extract/ der Stadt Newenbürg gethonen unterthänigem Bericht/ de dato den 17. Octobris 1619.

BEtreffend dann zum Beschluß/ die angezogene gemeiner Stadt Freyheit/ ist es damit also bewandt. daß dieselbe vor mehr dann ein hundert Jahren solche Freyheit/ hie vor angezogener und berichter massen/ gehabt/ und/ wie wir von unsern Vor-Eltern gehört/ sollen deßwegen Brief und Sigel vorhanden gewesen/ aber vor ungefahr hundert und fünffzig Jahren/ da diß Städtlein auß der Ringmawren

mawren herauß zum andernmal verbrandt worden / mit andern mehr Sachen hingangen seyn / deme sey nun aber / wie ihm wolle / so ist in gemeiner Stadt Buch / welches vor uhr-alter Zeit / und auch mehr dann vor hundert Jahren / nämlich Anno 1454. (in welchem Jahr Graf Ulrich zu Würtemberg / der vilgeliebte / regieret hat) auffgericht / und der Stadt Gerechtigkeiten darein geschrieben worden / eingezeichnet.

Freyheit.

Item / auch so haben die Burger / und die Stadt die Freyheit / wäre es / ob ein Mensch / der sich hätte übersehen im Zorn / oder sonst in andern Sachen / außgenommen Mörderey / Diebstallung / oder Strassenrauben / daß er weichen müßte von dem Seinen / durch Forcht seines Leibs / oder Guth / und kommet zu / umb / und an die Stadt / also nahe / daß man möchte mit einem Wappen-Handschuch werffen / an die Stadt-Mawr / so sollen wir Burger dem Menschen helffen in die Freyheit / und darnach so hat derselb Mensch die Freyung sechs Wochen und dreyen Tagen als dick er mag hinauß kommen / als weit / als obgeschrieben steht / mit Kundschafft als dick / hat er Freyheit.

Item / wäre es sonsten ein übelthätiger Mensch / der Todes schuldig wäre / wie er das verschuldet hätte / nichts außgenommen / und unbeschriehen / vor dem Thor / als darzu gehört / herein käme / so hat er sechs Wochen und drey Tag Freyung / daß wir ihne nicht verurtheilen sollen zu dem Tode / in der Zeit aber die Widersächer mögen ihne behalten / wie ihnen das gebührlich ist / doch nach der Stadt Recht und herkommen / doch den obgeschriebenen und disen gegenwärtigen Artickul mag unser gnädiger Herr wandeln wie Sein Gnad will.

Bey Menschen-Gedächtnus her / oder länger / haben sichs / laut Stadt-Buchs / deß Exercitii halber etliche Casus

begeben/und seyen ohngefahrer Entleibungen und Todschläg wegen anhero geflohen.

Anno 1556. Jacob Eberlin von Bülfflingen Marggräfisch und Eberſteiniſch.

Widerumb Anno 1560. Hanß Enderlin ein Buchtrucker von Ulm.

Anno 1573. Hanß Schmidgötz von Unteröwisheim/ Maulbronner Ampts.

Anno 1602. Michael Stemler/ Metzger/ Marggräfischer Unterthan zu Cuppenheim.

Und dann allererst den letsten Decembris nächst verwichenem 1618. Jahrs/ Nicolaus Müller/ ein Burger von Durlach/ welcher mit dem Schwanen-Wirth allda in Schläg-Händel gerahten/darüber er Schwanen-Wirth das Leben eingebüßt hat/ daß er auch noch biß daher auffgehalten worden/ aber eben jetziger Zeit/ vor wenig Tagen vom regierenden Herren Marg-Grafen wider sicher eingelassen worden.

Bey welchen jetzt-erzehlten Fällen mit einander unsers wissens nie niemand hernach kommen/der dise Freyheit außzufechten/vil weniger Gewalt zu üben/und die Thäter zu fordern/ oder hinweg zu nemmen/begehrt hätte/ als bey disem Actu von **Herrn Marg-Graf-Carlen von Baden Durlach/** als Obristen zu Pferd geschehen; Den 24. Novembris 1619. da Sein Fürstl. Gnaden einen Reuter/ mit Namen Jacob Wurms/ von Athenheim bey Straßburg/den Wurmsern zuständig/ welcher durch einen Leutenant mit 10. in 12. Pferden wider die Freyheit durch Gewalt heraußer genommen worden/ den 10. Novembris ist er widerumb durch den Herren Marg-Grafen/morgens umb 10. Uhren wider nacher Newenbürg/ auff Zuschreiben Würtemberg/ rc. gestellt worden/ rc. Diser Reuter

Reuter hat seinen Cammeraden also verletzet/ daß man seines Lebens besorget/ deßwegen er die Freyheit gesucht hat.

22. Oppida item *Roth & Schvvabach in Marchionatu Onoldino Brandenburgico* asyli jure gaudent, ubi Rei illuc confugientes securitatem manendi consequuntur: Und erlangen sicher Glait / und lauffen auch zu Anspach an die Schranen. Georg. Rittershus. *d. asyl. cap.* 3. *n.* 4. Refugium tutum quoque Bancofallitis & decoctoribus præbet *Saxenhausen*, quò Bancoruptores Francofurtenses sese conferunt, inde Literas emittunt ad creditores, an parte debiti contenti esse, & cum eis transigere velint. Georg. Rittershus. *dict. cap.* 3. *n.* 4. In tabula Geographica reperitur quoque refugii oppidum, *Austriæ inferioris*, non procul à Civitate Lincensi situm, quod vulgò Freystadt nominatur; sicuti aliud quoque oppidum, in *superiori Palatinatu* ejusdem nominis & conditionis existere tradit Rittershusius. *dict. cap.* 3. *n.* 4. Simili modo, & jure, vicinum Norico Oppidum *Illustrium Baronum à Wolffstain* (quod *Pirbaum* nuncupatur) confugis securitatem præstare, quotidiana experientia docet, teste Rittershus. *dict. cap.* 3. *n.* 4. *In Hanonia Belgii Provincia Imperator Valentinianus* ante mille ferè annos & quod excurrit, Civitatem condidit à suo Nomine, *Valentiniana* dicta quam plurimis donavit immunitatibus, ac præsertim jure asyli condecoravit, quo non solum ii, qui valdè erant obærati, sed etiam *homicidæ* tutò possent confugere. Quod Privilegium etiamnunc in usu est, sed eatenus temperatum, ut, qui turpiter æs alienum conflârit, vel nefandum homicidium commiserit, eo prorsus non gaudeat, teste Ludovic. Guicciardin. *de Republ Hannonia. fol. m.* 134.

23. Reperiuntur præterea in aliis *Imperii* Civitatibus *Ædes* quædam, quæ jure asyli gaudent, & pollent. Tales sunt *Norinbergæ*, der Heilsbronner-Hof. *Argentorati*, der

Bru-

Bruder-Hof. *Basileæ*, der Seiden-Hof/ ac *ædes ibidem S Blasii*, in quibus, præteritis annis, Officialis quidam Marchio-Badensis securitatem quæsivit; teste Joan. Christ. Leibfrid. *de Asylis Conclus* 11. *lit. B.*

24. Ad exemplum & similitudinem Asyli, *Franciæ Civitas Tholosa* hoc gaudet jure, Privilegio, & immunitate; Ut, quàmvis quilibet Dominus servum fugitivum ubique prosequi & perquirere possit, in domo & loco alieno, etiam invito Domino Glofs. & Bartol. *in l.* 15. *qui fugitivum. D. de serv fugit* & DD. *in l.* 2. *C. eod. tit.* tamen postquam servus Tholosam intraverit, ac intra eandem, vel suburbia ejusdem Residentiam fecerit, & moram, ampliùs à nemine inquietari possit de servitute, ne quidem ab ipso Domino, attestante Nicola Boëtio *ad Consuet. Bituric.* §. 1. *in verbis: Par la Coustume. fol. m.* 2. Pari Privilegio de non evocando gaudent Civitates, tàm *Ferrariensis in Italia*, quàm *Nivernensis, in Gallia*, adeò, ut quisquis illuc confugerit, etiamsi alicujus criminis Reus sit, à Civitatibus istis extrahi, vel evocari nequeat, sed necesse est, ut is, qui confugam inquietare desiderat, penes Judicem loci, actionem moveat, & instituat, attestante Nicola Boërio *in decis.* 29. *num.* 7. *&* 8.

25. Præterea experientia quoque edocet, quod in *Oriente* apud *Mahumetanos* etiam hodiernis moribus jus Asyli cognitum & usitatum sit, dum eorundem *Templa* quædam majora & illustriora, ob loci reverentiam, & erga suos ita nominatos Sanctos, præsertim verò *sacella & Horti Regum* hoc refugii Privilegio muniti existant. Nam de celeberrimo Regis Persarum horto, & ibibem constructo Sacello in civitate *Isspahan*, refert *Adamus Olearius*, quod ibidem magnum constitutum sit Asylum, & refugium, idque sequentibus contestatur; Diser (Königliche) Garten ist das grosse Asylum, welches sie Allecapi, das ist/ Gottes Porten

ten/ nennen: Wohin die Schuldner/ Todschläger/ und andere Mißhändler fliehen/ und so lang sie auff eignen Unkosten darinnen sich auffhalten können/ unangegriffen bleiben: Die Diebe aber werden nicht lang darinnen gelitten. Zu unser Zeit lag da ein Sulthan/ welcher beym König in Ungnaden war/ und sich seines Lebens beförchtet/ mit den seinen im selben Garten unter den Zelten. Hæc Olearius *in Itinerar. Persic. Tit. de Civitat. Ispahan. fol. m.* 417.

26. Aliud Asylum in Persarum Civitate *Ardebil*, ibidem extructo Templo seu *Mezid*, & cuidam Sancto *Imam Sadæ*, dicato, recenset modò dictus Olearius sequentibus verbis: Es hat allda (zu Ardebil) einen zierlichen Maidam, oder Marck-Platz/ so drey hundert Schrit lang ist: Im Eingang desselben zur rechten Hand/ ist ein Mestzid, in welcher ein Imam Sadæ (so nennen sie die Kinder ihrer zwölff Heiligen) begraben ligt. Wann ein Ubelthäter sich dahin machet/ ist er ein Zeitlang frey; von dar aber kan er alsbald in Scich Sefi Begräbnus/ welches das grosse Asylum ist/ sich begeben. Adam Olearius *dict. tract. Tit. de Civit. Ardebil fol. m.* 334.

27. Simili modo *in Magni Mogolis Indorum Regis Imperio, Templa* quædam extructa, & ita privilegiata reperiuntur, quæ tutissimum quoque Refugium, delinquentibus præbent; *Moschea* namque & atria annexa, in *Civitate metropoli, Agra* nominata, cuivis Homicidæ, & Bancofallito immunitatem præstant, quod *Mandeslous* Nobilis Saxo in suo itinerario ab *Adamo Oleario* edito, hisce formalibus refert: Dise Mestziden, und Höfe darbey seynd Freyhöfe/ und Freyplätze Allader (Asylum) genannt/ wohin die jenige/ welche eintweder das Leben verwirckt/ oder in grosse Schulden gerahten/ oder sonsten einer Missethat halber sich für der Schärffe deß Mogols und Richters fürchten/ dahin fliehen/ und können darinnen/ so lang sie zu zehren haben/ sicher bleiben. Dergleichen

Schutz-Häuser hat man in Persien auch hin und wider / daß auch der König/ ob das Verbrechen wider ihne selbsten/ nicht darff angreiffen lassen/ es thut es auch keiner wegen devotion gegen ihren Heiligen. Hæc Mandeslo. *in Itiner. Indic. cap.* 27. *fol. m.* 89.

28. Quibusdam in locis *Literæ* quoque publicæ securitatem delinquentibus ubicunque crimen perpetrent, aut versentur, præstant, & omnimodam immunitatem à condigna pœna tribuunt, naturamque Asyli portatilis induunt; Sicuti in *Persarum Regno* accidit, cùm iis, qui devotionis causâ sepulchrum Regis *Sick Sefi* in civitate *Ardebil* extructum, visitant, tales literæ, linguâ Persicâ *Syaretname* vocatæ, in testimonium Religionis, & securitatis conceduntur; de quibus sequentia refert *Adam Olearius*; Den Pilgram und Wald-Brüdern/ so disen Ort (id est Melar) besuchen und betten kommen/ wird auff begehren ein *Syaretname*, oder Zeugnus-Brief ertheilet/ in welchem/ daß sie/ und was sie gebetten/ enthalten. Solch Testimonium dienet nicht allein zu erweisen / daß sie warhafftige Persische Mahumetisten seyn / sondern auch zu vermeiden der höchsten Häupter Ungnade/ ja zu Rettung ihres Lebens. Et paulò post: Darumb seynd solche *Syaretname*, gleich als ein Asylum oder Freystätte/ welche man mit sich herumb tragen / und in allen Fällen / außgenommen in Diebstahl / sich darmit schützen kan: also gar/ daß wann schon der König an einen solchen Mann hand anlegen wolte/ daß manns der Religion halber nicht zuliesse. Adam. Olearius. *in Peregr. Persic. part.* 2. *fol.* 340. *&* 344. Ubi hoc sui temporis exemplo cujusdam magni Ministri Regis Persiæ Sefi illustrat & deducit.

29. Magnam affinitatem cum Asylis habent, & olim, & hodie, *Regum ac Principum Aulæ*, *& Palatia seu Curtes*, adeò, ut confugientes ad ea plenam Securitatem acquirant.

Ita

Ita *Chilpericus IV. Franciæ Rex*, pulsus è Regno à suis subditis, ad *Ludovicum Lotharingiæ Regem*, tanquam ad sacram anchoram, confugit. *Alphonsus Rex Lusitaniæ* è regno pulsus à Fratre *Sanctio Castellæ Rege*, *à Granatæ Repe Tilleda* quàmvis Mahometano, amicè receptus fuit, quem, mortuò fratre Sanctio, in proprium regnum remisit. Pari modo *Ludovicus XI. & Carolus VIII. Francorum Reges*, *Zizimum, seu Gemem Turcam*, Imperio per fratrem *Baiazetem* ejectum amicissimè receperunt, & hospitaliter tractarunt. Alia & similia exempla ex historicis passim obvia occurrunt. Vide Mart. Mager. *de advocat. armat. cap.* 15. *n.* 88. *& seqq.* Aliud quoque exemplum referunt Indiarum Regis, à fratre *Magno Mogole* è paternis ditionibus pulsi, qui apud *Persarum Regem Scach Sefi* tutissimum permanendi & vivendi refugium habuit, teste Adam. Oleario *de Regno Persiæ*.

30. Fuit etiam olim apud *Romanos* tutissimum Asylum profugis, qui ad *statuam Principis* sese contulerunt; modò non malitiosè & nocendi animo illuc fugiant. *per l. num.* ubi Doctores *C. de his, qui ad stat. confug. l. Capitolium.* 28. §. *Ad statuas. D. de pœnis. l. si quis,* 17. §. *apud. D. de ædil. edict. l.* 5. *D. de extra ord. crimin.* Sueton. *in August. cap.* 17. Plin. *epist. ad Traian. lib.* 10. *cap.* 75. Coras. *ad l.* 2. *D. de his, qui sui, vel alien. jur.* Salmuth. *ad Pancirol. lib.* 1. *rerum. memorab. rubr. Pyramides. pag. m.* 219 *& seqq.* Schard. & Calvin. *in Lexico. verb. statua.* Ita *Tyberius* Statuam suam pro Asylo proposuit, capitali pœnâ præscriptâ iis, qui Servum à Statua detraxissent. Rittershus. *de Asylis. cap.* 3. *num.* 26. Veruntamen hanc Profugorum immunitatem & securitatem apud Statuas Principum, nec de hodierna consuetudine servari nec in practica observari, testatur Castaldus *de Imperat. quæst.* 96. Clar. *§. fin. Quæst.* 30. *num. fin.* Rittershus. *dict. tract. cap.* 13. *num.* 19. Leibfrid. *de Asylis. th.* 11. *Lit. B.* latè

Höpping. *de jur. insign. cap.* 10. *n.* 198. *& seqq.* De hoc statuarum jure, & more antiquo, vide Stephan. Guazzin. *de Defens. Reor. Defens.* 1. *cap.* 37. *num.* 58. Mager. *de advocat. armat. cap.* 15. *num.* 83.

31. Hæc hucusque dicta, cùm relato modo sese habeant, absque dubio est, quin *Imperator Romanus* etiam hodie adhucdum, hujusmodi Asyli immunitatem, & perfugiendi Securitatem, alicui Castro aut privatæ domui concedere possit, ex probabili aliqua causa, quò confugientes ibidem tuti vivere suamque innocentiam, aut merita facti sine molestia deducere possint, Cum ejusmodi Privilegia sint juris positivi, eaque immunitas & securitas per *universum Imperium*, vigorem suum obtineat, secundùm ea, quæ tradidit Tiber. Decian. *in Crimin. lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 16. post Andr. de thernia. *in cap.* 1. *quæ sint Regal. num.* 135. qui tradit, quod viderit talia Privilegia privatæ domui concessa, quàmvis de facto non fuerint observata. Stephan. Guazzin. *tr. de Defens. Reor. Defens.* 1. *cap.* 37. *num.* 27. Quod eò minus dubio esse debet, cùm Asylorum universalium institutio de Reservatis *Cæsaris* sit & meritò quidem existat, secundùm Christoph. Besold. *de jur. Majestat. cap.* 4. *num.* 8. Joan. Herm. Stamler. *tract. de reservat. Imper.* §. 60. *num.* 1.

CAPUT VII.

Quoad Electores, an & quatenus ii aperire Asyla & possint & debeant.

SUMMARIA.

1. Electores etiam suis in territoriis loca securitate præmunire possunt, Caroli IV, Imperatoris de Electoribus pronunciatum.

2. Quo jure Electores gaudeant?

Ex

EX quibus jam latè deductis Principaliter insurgit quæstio; An *Elector aut Princeps Imperii* in suo Ducatu, & territorio locum quendam tanto Privilegio munire possit, ut subditus delinquens ad locum aut Civitatem hanc confugiens, immunitatem, & permanendi securitatem habeat, & acquirat? Quoad *Principes Electores* Imperii, nullus dubitat Leibfridius, & *Ego* cum illo, quin jus concedendi Asylum etiam *Electores* habeant; utpote quos *Imperator Carolus IV.* partem sui corporis esse pronunciat. in *Aur. Bull. tit.* 24. *in princip.* **Dann ihre Hoheit und Authorität ist mit deß Röm. Käisers Gewalt und Hoheit also verbunden / daß eine ohne die andere nicht geschmälert werden kan.** Sicuti patet ex Decreto Cæsareo de Anno 1590. ab *Imperatore Rudolpho* dato apud Brundig. *de jur. univers. conclus.* 10. *lit. A.* latè addit. ad Rumelin. *Aur. Bull. part.* 3. *diss.* 3. *q.* 8.

2. Cum hi non minùs habeant Jus & potestatem, pœnam remittendi, aut gratiam concedendi, quàm ipse *Imperator. arg. l. moris.* 9. §. *ista.* 11. *D. de pœnis. l. Lucius.* 17. *D. ad SC. Turpillian.* sicuti in terminis de Electoribus asserit Petr. Heig. *lib.* 2. *q.* 22. *num.* 30. Johann. Christ. Leibfrid. *de asylis. Conclus.* 9. *lit. C.* Quir. Cubach. *de jurispr. Germ. Publ. cap.* 25. *num.* 9. Dan. Classen *de jur. aggratiandi. cap.* 7. Qui per contraria hoc disputando evincit. Et ante Eum, Andreas Swarz. *de jur. aggrat. theor.* 3. *lit. F.*

CAPUT VIII.

De Principibus & Proceribus Imperii, an & quatenus hoc jus aperiendi asyla in proprio habeant territorio?

SUMMARIA.

1. *Proceres Imperii haud minùs asyla constituere possunt. Quid suis in territoriis decernere valeant. De Regalibus est jus erigendi asyla. Majora Regalia competunt privativè Principi. Feudum Usus fructus est. Usus fructus ad Usufructuarium, non ad proprietarium tendit.*
2. *Verba Investiturae. Qui omne dicit & omne concedit.*
3. *Generale includit singularitatem. Princeps pro lubitu regalia exercere potest.*
4. *Sub hac generali concessione etiam jus latet asyli. Caetera regalia majora Electoribus quoque competunt, concessis specialibus. Archi-Ducibus Austriae quaenam regalia concessa sint? Proceres investiti eo ipso jus consequuntur gratiae.*
5. *Principes Imperii liberum jus dispensandi habent. Eo magis asyla in propriis decernere juvat.*
6. *Commoratio fixa servitutum species. Imprudentibus subvenire, principem condecorat. Justiniani Imperatoris Rescriptum. Seneca & Lactantis effata. Asylorum erectio laudabilis.*
7. *Exemplis priora illustrantur. Cadmi Thebas condituri. Dianae Leucophryenae.*
8. *Carinthiae. Henrici, inferioris Bavariae Ducis. Ipsum Privilegium.*
9. *Manheim asylum.*
10. *Hacce securitatem jura etiam advenis conveniunt. Fori nulla praescriptio. Par in parem non habet imperium.*
11. *Avocationes cujus in potestate consistant? Germani remissionem profugorum non attendunt. Ratio, remissiones hodie cur cessent.*
12. *Reus de jure non debet remitti. Asyla non protinùs à poena liberant.*
13. *Princeps delinquentem in territorio punire debet. Delicta propter odium criminis sunt castiganda.*
14. *Principem conditurum asyla, de jure suo quidpiam remittere, necessum est. Nec confugum punire tenetur. Sed impune relaxatum remittit.*
15. *Delinquentium remissionem nec Itali curant. Inde catervatim irrupit malitiosorum colluvies, Contumacium Bannitorum apud Italos farrago.*
16. *Remissiones nunc temporis sunt arbitrariae; Fidantiae autem*

procu-

procurandæ, & omnino servandæ.
17. Insolitis remissionibus jura antiquissima, ceu proxima refugii loca, obtruduntur.

CÆteros *Imperii Proceres* quod attinet, de hisce hoc tenendum, quod *Dux*, aut *Princeps Imperii*, in suo Ducatu, Principatu, ac Territorio, alicui Civitati hoc Privilegium refugii aut asyli concedere possit, ut subditus delinquens in ea securam permanendi stationem habere queat. Idque ex hisce rationibus: *Primò*, juxta vulgatam & communem in toto Imperio Rom. Germanico practicatam conclusionem; quod quilibet Dux, aut Princeps Imperii in suo territorio, & quoad subditos, in exercitio & usu Regaliorum, idem possit, quod Imperator in Universo Imperio; secundùm Udalricum Zasium. *Consil.* 15. *num.* 49. *& seqq. lib.* 2. Georg. Everhard. *Consil.* 14. *num.* 15. *vol.* 1. Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 121. Schrader. *Consil.* 3. *num.* 386. *& seqq.* quod Höppingk. latè deducit *tract. de jur. insign. cap.* 8. *membr.* 4. *num.* 60. *& seqq.* Idcirco quemadmodum *Sacra Cæsarea Majestas* alicui Civitati universale privilegium recipiendi delinquentes, ex singulari gratia elargitur: Eodem modo Principem Imperii *Civitati suæ Municipali* talem Asyli immunitatem dare posse procaciter asseritur. Præsertim *Secundò*, quoniam Jus erigendi asyla, non tàm de Reservatis Imperatoris, quàm de Regalibus esse censetur. Atqui certum & indubitatum est, quod Principes & status Imperii, jura Regalia tàm Majora quàm Minora, in suo territorio possideant, & quotidie exerceant, absque ulla Imperatoris inhibitione, contradictione aut turbatione. Et quidem proprio jure, non ad mandatum & Jussum Imperatoris, secundùm ea, quæ tradit Andr. Knichen. *de jur. territor. cap.* 1. *num.* 375. *num.* 388. Mingius. *de jur. territor. conclus.* 15. 50. & 53. quod optimè deducit Reinking. *class.* 5.

cap.

cap. 2. num. 16. 17. *& seq.* Dn. Knippschild. *de Civitat. Imperial. lib. 2. cap. 5. num. 4*3. Quoniam Regalia Majora per investituram Cæsaream tributa; Principi investito, privativè competere, certum est. Roland. à Valle. *Consil.* 88. *num.* 26. *vol.* 3. Rosenthal. *de feudis. cap.* 5. *Conclus.* 15. *num.* 4. Ludov. Schrader. *de feudis. part.* 10. *sect.* 1. *num.* 131. Et hoc per rationem, quod feudum sit ususfructus. *lib.* 2. *feud.* 23. *in fin.* Næll. *de feud. Disp.* 1. *th.* 6. Ususfructus autem ad solum usufructuarium, non verò ad proprietarium, pertinet. Boer. *de Regal. cap. fin. num.* 4. *&* 5. Cunr. ab Einsidel. *de regal. cap.* 4. *num.* 97. Sixtin. *eodem tract. cap.* 5. *num* 56. *& seqq.*

2. Consequuntur namque Principes Imperii Regalem Dignitatem in qualibet investituræ renovatione, ab Imperatore, & Imperio, cum ipsis juribus Regalibus, & quidem Majoribus; sicuti quilibet Investituræ tenor Imperialis sese habet: **Wir verleihen euch das Fürstenthumb mit allen Herrligkeiten / Regalien / Ehren / Würden / Obrigkeit / Gerechtigkeit / und Zugehörte.** Regalium autem Specialium enumerationem si antecedat, aut sequetur Clausula generalis, aut adponat ut verbum, *Omne*, cætera omnia Regalia concessa censentur, siquidem ille, qui *Omne* dicit, & *Omne* concedit, aut omnia Regalia confert, nulla censetur excepisse. *arg. l. Iulianus. D. de legat.* 3. Tiber. Decian. *Consil.* 57. *num.* 11. *vol.* 1. Mandel. *Consil.* 17. *num.* 4. Adeò ut *Romanus Iure-Consultus* tradat, quod verba universalia; comprehendant etiam Regalia non expressa, Ludov. à Ponte, *dictus communiter Romanus. Consil.* 271. Mynsing. *Decad.* 13. *respons.* 3. *num.* 43. Borchold. *de Regalib. cap.* 1. *num.* 11. Casp. Klock. *Consil.* 50. *num.* 25. *& seqq. vol.* 1.

3. Imò

3. Imò (quod majus est) dum Imperator per verbum generale Regalia concedit, censentur translata omnia & singula, quæ concedens habuit, & quæ Regalia dicuntur: quæ generalitas tantum operatur, quantum singulorum expressio, seu singularum specierum enumeratio. *per l. omnes. 4. in pr. C. de præscript. 30. ad l. si duo, in fin. D. de administr. tut.* Andreas de Thernia *in cap* 1. *num.* 13. *quæ sint Regal.* Roman. *Consil.* 271. *per tot.* Bossius *tit. de Regal n.* 25. latè in terminis Dn. m. Bocer *de Regal. cap* 4. *num.* 5. Cunrad. ab Einsidel. *de Regal cap.* 4. *num.* 53. quod optimè Thom. Michaël. apud Klock. *consil.* 29. *num.* 235. *& seqq.* Hac Regaliorum omnium concessione, & investitura semel factâ, Princeps Imperii ea postmodum pro lubitu, in omnibus quoque speciebus, etiam inconsulto Cæsare exercere potest. Noderman. *de jur. Princip. Conclus.* 88. *lit. B.* Dn. Knippsch. *de Civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 43.

4. Quò facit, *Tertiò*, quod per generalem Regaliorum concessionem, per investituram Principi Imperii factam, etiam jus Asyli, quoad proprios Subditos concessum fuerit; idque apertè probatur ex Aurea Bulla *Caroli IV. cap.* 9. *& seqq.* Quibus in locis Speciali concessione *Principibus Electoribus* quædam Reservata Imperialia tribuuntur; ex qua concessione meritò concluditur, & infertur, quod cætera Regalia majora Electoribus, quatenus Principibus Imperii, competant; Quemadmodum *Archi Ducibus* Austriæ ultra Regalia Majora ipsis, tanquam Imperii Principibus, competentia, & propria aliqua alia Majora jura, Imperatoribus aliâs sibi solis reservata, per *Imperat Fridericum I.* concessa, per *Frideric. II.* aucta, & *per Carolum V.* data & confirmata fuerunt. de quibus Cuspinian. *in Austria. fol.* 27. *& seqq.* Joan. Limnæus. *in jur. Publ lib.* 5 *cap.* 2. Quod argumentum benè adducit Theodor. Höppingk. *tract. de jur.*

insign cap. 8. *num.* 66. *Quarto*, Unde tradunt Doctores, quod cum Principes Comites, & Barones, immediati, de omnibus Regalibus investiti sint, eo ipso jus gratiæ, in vim dispensationis consequantur, secundùm tradita Roland. à Valle. *lib.* 3. *Consil* 4. *num.* 4. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 39. *vers. hac quidem.* Hillinger. *in Don. Enucl. lib.* 22. *cap.* 9. *Lit.* G.

5. Magnum robur adjicit, *Quartò*, huic Asyli constituendi juri, quod Principes Imperii in suis Ducatibus & Territoriis *jure dispensandi* circa pœnas, (quod vulgò Barbarico vocabulo *aggratiandi jus* vocatur) liberè utantur, ac pœnas condignas Reis, vel penitùs remittunt, vel moderantur, dum jure Superioritatis pœnam vel corporalem in pecuniariam committànt. *per* R. A. zu Speir/ *de Anno* 1526. §. und wiewol. 6. *&* §. es soll auch. 8. Andr. Knichen. *de Saxo Privileg. non prov. verb. Ducum. cap.* 5. *n.* 5. 27. Limnæ. 4. *jur. Publ. cap.* 8. *num.* 178. *& seqq.* Carpzov. *in Prax Crimin quæst.* 150. *num.* 8. *& seqq.* Klock. 1. *consil.* 37. *num.* 63. Quod latè comprobat Andr. Svvarz. *de jur. aggratiandi. theor.* 3. *lit.* G. Daniel. Classen. *eod. vers. cap.* 7. *per totum.* Idque argumento legis, & ad exemplum Imperatorum Romanorum. in *Novell.* 134. *l.* 7. ibi: Crimen supplicantibus indulgemus. *C. de precib. Imper offer. l.* 15. ibi: Delicti veniam pœnitentibus damus. *C. Theod. de indulg. crimin.* Jacob. vander Graëff. *de Regalib. cap.* 20. *num.* 5. latè Dn. Knippschild. *de Civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 5. *& per tot.* Jacob. Mestert. *de instit. Leg. Roman. lib.* 3. *Dubit.* 22. Quantò magis igitur licebit Principi in suo Territorio Refugii locum determinare, in quo delinquens tutam permanendi stationem habere, & hac viâ sese à squalore carceris liberare possit; Cùm longè minus sit in *Asylo* & confugii loco vivere & morari, quàm *pœnæ* remissionem habere. Nam, qui delicti veniam impetravit, ubivis securè & liberè sua nego-

negotia peragere poteſt. At Confugiens in Aſylum, pro deportato, & quaſi captivo, habetur, dum extra Civitatem, aut Aſyli locum minimè exire, absque captivitatis periculo, poſſit, ac in perpetua deportationis pœna vivat: Quod benè animadvertit poſt hæc ſcripta viſus Joan. Chriſtoph. Leibfrid. *in dict. diſſert. Theſ.* 16. *lit. A.*

6. Unde Veteres Jure-Conſulti pro ſpecie ſervitutis cenſuerunt, ſi quispiam alicubi locorum præcisè morari jubeatur. *per text. in l. nec non.* 28. *§.* 1. *ibi*: dum propter hæc recedere poteſt, captus eſt. *D. ex quibus Cauſ. major.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 115. *num.* 22. Beſold. *in Theſ. Pr. num.* 14. Franc. de Amaya *lib.* 2. *obſerv. cap.* 6. Præclarè Doctor Marta. *conſil.* 1. *per tot.* Ego in Addition. *ad Aure. Bull. Rümelin. part.* 2. *Diſſert.* 5. *Theſ.* 5. *lit. A.* Nam cui majus conceſſum eſt, cur non æquè minus licebit; ſecundum vulgata. Præterquam, *Quintò*, quod laudabile ſit, & Reipublicæ utile, ac Principi glorioſum, ſubvenire homicidis imprudentibus, non verò doloſis, ſecundùm Conſtitutionem Imper. *in leg. Imperialis.* 23. *ibi*: in princip. *C. de nupt.* Ubi ſequentibus Imperator Juſtinianus reſcripſit: Imperialis Benevolentiæ proprium hoc eſt, ut Subditorum commoda tàm inveſtigare, quàm mederi procuremus. Nam ita credimus Dei Benevolentiam, & circa genus humanum nimiam clementiam, quantum noſtræ naturæ poſſibile eſt, imitari. qui quotidianis hominum peccatis ſemper ignoſcere dignatur, & pœnitentiam ſuſcipere noſtram, & ad meliorem Statum eam deducere. *Tot. Tit. Cod. de his, qui ad Eccleſ. tot. tit. C. de his, qui ad ſtatuas.* Unde Seneca *in libr. de Clementia*; Neronem hoc vult cogitare; *Occidere contra legem nemo poteſt: Servare nemo præter Me.* Ac Lactantius de Principe loquens: *Legem*, inquit, *cum poneret, non utique ademit ſibi omnem poteſtatem, ſed habet igno-*

ſcendi licentiam. Vide Jacob. Mæſtert. *de Inſtit. leg. Roman. lib.* 1. *Dubitat.* 22. Maſtrill. *tract. de Indult. Hiſpan. in proem.* Jacob. von der Graëf. *dict. cap.* 20 *num.* 5. Unde Aſylorum erectionem jure, tàm divino, quàm humano, laudabilem & approbatam fuiſſe, aſſerit Leibfrid. *de Aſylis. theſ.* 7. & 8. Rittershuſ. *de Aſyl. cap.* 10. *num.* 1.

7. Nec ad corroborandam & illuſtrandam, *Sextò*, hanc noſtram aſſertionem deſtituti ſumus *Exemplis* in Romano Imperio Germanico; quibus clareſcit, quod & olim fuerit, & hodie conſuetum ſit, ut quidam Principes conditores urbium, Aſyla aperuerint in locis noviter conſtructis, quò faciliùs Civitatem incolis & habitatoribus adimplerent. *Sic Cadmum*, cum *Thebas* conderet, primum, ferunt, ibidem Aſylum inſtituiſſe, quò confugientes, ſive liberi, ſive ſervi, ab omni pœna immunes eſſent, indeque per vim extrahi non poſſint. Pari modo *Florentinorum Dux*, ante aliquot luſtra, ad portum *Livornenſem* urbem condidit, ibique tutum refugium præbuit iis, qui patriâ extorres, & propter omnis generis nequitiarum vias ſupplicia extrema meruerunt; quod remedium amplificandi civitatem narrat, & non nimiùm laudat Petr. Matthæ. *in Hiſtor. vita. Henr.* 4. *lib.* 7. *narrat.* 1. *num.* 15. *fol. m.* 657.

8. Sic & olim *Belli Duces & Dictatores* perfugia inſtituiſſe, diſcimus ex Cornelio Tacito, *in Annalibus*, ubi ſcribit: *Proximo Magnates L. Scipionis & L. Syllæ conſtitutis nitebantur, quorum ille Antiocho, hic Mithridate pulſis, fidem atque virtutem Magnatum decoravêre, ut Diana Leucophryenæ perfugium inviolabile foret.* Tacit. *lib.* 3. *Annal.* Imò etiam *Principes Imperii* perfugis Aſyla & loca ſecuritatis *in Eccleſiis* Ducatus ſui conſtituerunt, ſicuti in *Ducatus Carinthiæ* Ordinationibus *Archi-Ducis Arnolphi* legimus, quod ſtatuerit: Wer in die Kirchen fleuhet/ der ſoll Freyheit haben/ und niemand ſoll

Macht

Macht haben/ da jemand zu beleidigen/ auch nicht die Herrn ihre Knecht/ wer das übertritt/ soll 40. Schilling/ oder Gulden/ verfallen seyn. Hieron. Megiser. *in Chron. Carinthiæ. lib. 6. cap. 62. art. 4.* Simili jure & modo *Henricus Dux Inferioris Bavariæ.* Anno 1335. dedit Ecclesiæ in Sassau Privilegium Asyli, pro facinorosis hominibus, qui ad illam confugerent, quod per *Albertum*, *Ducem Bavariæ*, *Comitem in Vochburg*, Anno 1445. renovatum & confirmatum fuit. teste Wigule. Hundio. *in metropol. Salisburg. sub. tit. Monaster. VVinerg. fol. m.* 322. tenor Privilegii hic est.

Wir Heinrich von Gottes Gnaden/ Pfaltz-Grave zu Rhein/ und Hertzog in Bäyern/ verjehen offenbahr an dem Brief/ und thun kund/ allen denen/ die ihn sehen/ oder hören lesen/ daß wir den erbergen Gottes-Hauß zu Sassow/ bey Straubing/ darinne unser Fraw rästet/ durch unser Vordern seelige/ und auch durch unser selbers/ und all unserer Nachkommenheit/ und Seelen willen/ von unsern sondern Gnaden/ die Gnad gethan haben: Also/ daß wir wollen/ wellich Mann oder Fraw/ darin geflohen kommt/ umb welcherley Schuld/ und Sach das geschicht/ wie das genandt ist/ daß derselb Mensch darein von uns/ von unsern Amptleuten/ und gemeiniglich von allen Leuten frey und sicher soll seyn/ und sollen wir unser Vitzthumb/ noch kein unser Amptmann/ dieselben Leut/ die darein geflohen seynd/ nicht herauß nehmen/ noch mit nicht nach ihn stellen/ dieweil sie darinn seynd/ etc. Christophor. Gevvoldus. *in Additionibus ad prædict. Hund. fol.* 492.

9. Ita hujusmodi Refugii immunitatem & Asylum, Electorem Palatinum Fridericum IV. novæ urbi *Manheimi* concessisse refert Georg. Rittershus. *de Asylis. cap. 5. num. 5.* Ac pro hac sententia mecum concludit Dn. Philipp. Knippschild. *tract. de Civit. Imper. lib. 2. cap. 23. n. 23. & 24.* Alia

exempla vide apud Georg. Rittershuſ. *tract de Aſyl cap.5.n.1.* Joan. Calvin. *in Lexico, verbo Aſylum.* Joan. Roter. *de Origine urbium. lib. 2. fol. m.* 843. Quàmvis diſſentiat *Leibfridius*, dicens, quod Principes Imperii non aliter, niſi permittente, aut conſentiente Imperatore, hujusmodi immunitatem concedere poſſint. *De Aſyl. theſ. 9. lit. C.* Beſold. *de jur. Majeſtat. cap. 4. num. 8.*

10. Quæritur ulteriùs, *An Princeps Imperii in aliqua Civitate aut Caſtro ſui Territorii Aſylum aperiens, immunitatem hanc etiam ad non ſubditos, & forenſes, extra territorium delinquentes, extendere queat?* adeò, ut etiam advenæ ibidem tutum perfugium habeant? quod utique ſatis probabiliter aſſeritur. Quoniam in delictis nulla eſt Fori præſcriptio, ſed unusquisque in loco delicti commiſſi forum ſortitur, ibidem accuſari & puniri poteſt; modò ibidem inveniatur, & apprehendatur. *l. 1. C. ubi ſenat. vel Clariſſ. l. univerſi. 9. cum l. fin. C. ubi cauſ. fiſcal.* Herman. Vult. *ad tit. C. ubi de crimin.* Dn. Knippſchild. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 5. n. 90. & ſeqq.* Unde delinquens, aut facinoroſus à Principe, aut Domino territorii, ubi delictum commiſit, avocari de jure non poteſt; Dum duo Principes, aut Liberæ Reſpublicæ, par in parem, aut propter parilem ſuperioritatem, non habeant ejusmodi remittendi ſeu revocandi imperium. Joan. à Sande. *lib. 1. tit. 1. Deciſ Friſ. 6.*

11. Proinde hodie avocationes, & remiſſiones delinquentium in mera Principis territorii (in quo delinquens reperitur) voluntate, & arbitrio conſiſtunt, utrum ad inſtantiam Principis (cujus territorium per delictum violatum eſt) Reum Criminis remittere velit, nec? teſte Andrea. Gail. *lib. 1. de Pac. Publ cap. 16. n. 30. & ſeq.* Rinſchot. *tract. de reſcript. gratiæ cap. 5. n. 2.* Modeſt. Piſtor. *Conſ. 29. quæſt. 2. n. 6.* Quo loco tradit in *Germania* non facilè expertam eſſe

hanc

hanc remissionem. Besold. *Consil.* 131. Quod post plures allegatos deducit Dn. Amic. Knippschild. *de jure Civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 96. Quam de non remittendis reis consuetudinem in toto mundo servari, attestatur Covarr. *pract. quæst. cap.* 11. *n.* 12. Farinac. *in oper. qu.* 7. Franc. Vivius. *in Comm. opin. Vtrum Iudex Domicilii, &c.* Stephan. Guazzin. *de Defens. Reor. Defens.* 1. *cap.* 17. *n.* 3. Quàmvis dissentiat Fachinæ. *lib.* 9. *Controvers. cap.* 22. Bodin. *de Republ. lib.* 3. *cap.* 6. latè *Gahaus. part.* 2. *periculi. Academic. Quæst.* 13. latissimè Julius Clarus. *§. fin. quæst.* 38. *à num.* 20. Flamin. Chartar. *tract. de exerc. capt. bannito. cap.* 1. *n.* 252. Card. Tusch. *lit. R. conclus.* 152. *sub num.* 26. Qui hujus consuetudinis hanc *Rationem* addit: Quoniam olim Civitates omnes erant sub Imperio Romano, ideo delinquentes ubique capiebantur, utpote sub uno eodemque domino existentes, & remittebantur. Hodie verò eò, quod territoria, & jurisdictiones sint distinctæ, & sub diversis Principibus, ideo remissiones cessant, dum unaquæque jurisdictio recognoscit suum Dominium. *Hæc ille sub num.* 26.

12. Quæ consuetudo, cum ita in Imperio Romano Germanico observetur, non habet *Princeps Imperii*, cujus subditus delinquit, aut cujus territorium à tertio, delinquendo, violatum est, de injuria sibi illata conqueri, quod Princeps vicinus talem delinquentem in certo territorii sui loco, aut Civitate, quietè vivere patitur, dum ad Principis, tanquam partis, instantiam, & avocationem, Reum remittere, de jure obstrictus non sit, siquidem is, qui suo jure utitur, nemini facit injuriam. Et hæc assertio tantò magis vera est, quoniam hæc Asyli erectio delinquentem suo perfugio non protinùs à pœna liberat, sed ei solum modò *tutum permanendi hospitium* præbet, quò Reus extra captivitatem sese legitimè defendere, ac carceris squalorem, seu malam man-

mansionem evitare queat, quod humanitati, & æquitati non est absonum. Besold. *ad l. 3. Digest. quæst. 25. de justit. & jur.* Leibfrid. *de Asylis thes. 8.*

13. Et quàmvis dici possit; *Quod quilibet Princeps, vigore disciplinæ publicæ, delinquentem, ubicunque deliquerit, aut domicilium habeat, modò in territorio deprehendatur, punire possit*, imò debeat, juxta vulgare dictum: *Ubi te invenio, ibi te judico.* & hoc *per l. 1. C. ubi de crimin. agi oporteat.* Ne maleficia maneant impunita, utque pacatæ, & tranquillæ sint Provinciæ, ac ut ab improbis & malis hominibus purgentur, *per l. eum qui, D. de injur. l per omnes Cod. de Defens. Civit. præsertim verò per text. Magistralem. in l. 3. D. de offic præsid.* ubi notabiliter additur: *Nec distinguitur unde sit.* Quibus verbis infertur, etiamsi non sint inde, ubi accusantur, sed alibi domicilium habeant, tamen eos, in loco, ubi deprehenduntur, ibi accusationem habere, & sese defendere debere, sicuti notat Hugo Donell. *lib. 17. cap. 16. &* ibi Hillinger. Joan. à Sande *decis. Fris. lib 1. tit. 1. Defin. 6.* Ac sontes & maleficos potiùs è medio esse tollendos, quàm defendendos, sacra quoque pagina admonet, *Exod. 23.* ubi inquit Deus Ter. Opt. Max. *Maleficum non patieris vivere super terram:* Quod latissimè deducit Bernh. de Plotis apud Zilettum. *Consil. crimin. 133. n. 5. & plur. seq. vol. 1.* Marc. Mantua; *in singul. cap. 326. per tot.* latè Matt. Mager. *tract. de advoc. armat. cap. 8. n. 3. & seqq.* Anton. Thesaur. *decis. 90 n 2.* Qui ulteriùs scribit: Addo unum Ego, quod delicta non puniantur, principaliter, propter offensam in territorio factam, *sed propter odium criminis*, & ne delicta maneant impunita, cum jura & pax publica violentur: quæ ubique vigent & dominantur: Consentit post alios Petr. Caball. *Variar. Resol. crimin. Casu. 162. n. 5. & per tot.* Fachinæ. *lib. 9. Controvers. c. 20.* Stephan. Guazzin. *de defens. Reor. defens. 1. cap. 17.*

14. Verun-

14. Veruntamen hoc in nostro casu sciendum est, *Primò*, quod Princeps Imperii, attribuendo certæ Civitati, aut loco hanc immunitatem, ut delinquens ex calore iracundiæ ibidem securum subsistendi hospitium habere possit, usque dum causam suam extra carceris molestias deducere queat, de jure suo aliquid remittat, ac tàm ab inquisitione, quàm ab accusatione recedat. Quod utique remittere, aut ad tempus suspendere potest: Præsertim, *Secundò*, cùm Princeps aut Judex delinquentem extra territorium suum & confugientem in territorium de jure absoluto & ex necessitate absoluta nec accusare nec punire (*nisi ultrò velit*) teneatur; modò delinquens quietè & moraliter vivat. Ulteriùs & pro *Tertiò*, maximè adhuc disputatur à Jure-Consultis, si pars læsa petat & instet penes judicem, in cujus territorio delinquens reperitur, ut eum puniat, an possit ac debeat inquisitionem, & accusationem instituere? Ac pòst longam concertationem doctissimus *Farinacius* concludit, quòd Reus omnino impunè sit relaxandus & dimittendus. Prosp. Farinac. *lib.* 1. *crimin. quæst.* 7. *num.* 30. Barthol. Chassan. *ad Cons. Burgund. dub.* 22. §. 1. *n.* 19. Quod latè huc deducit Stephan. Guazzin. *dict. cap.* 17. *n.* 7. Sicuti dissentiens quoque *Fachinæus* hanc judicandi & puniendi potestatem tantùm Judici attribuit, cujus jurisdictio, ratione originis aut domicilii in subditum, extra territorium, delinquentem, Fundata est: Post alios adductos à Fachinæ. *dict. cap.* 20. *lib.* 9. Anton. Tessaur. *decis.* 90. Tiber. Decian. *de Crimin. lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 12.

15. Proinde cùm hodie remissiones delinquentium ex universali consuetudine ab aula recesserint, nec ampliùs, præsertim in *Italia*, in usu existant, Secundùm Decian. *dict. cap.* 19. *num.* 11. Card. Tusch. *lit. R. Conclus.* 152. *num.* 26. Evenit, ut omnes ferè *Italiæ* Provinciæ hisce criminosis homini-

minibus repleantur, dum delinquentes in vicinorum Principum Civitates & territoria sese conferunt, ac ibidem securi sunt ab omni pœna, & securi esse debent; secundùm Jul. Clar. *lib. 5. recept. sent. quæst.* 38. *vers. Hoc tamen sub num.* 20. ac cùm ad instantiam Domini Territorii remitti non soleant, ideo tantò confidentiùs delinquunt, adeò; ut quælibet civitas, aut pagus, vel oppidum, facinorosis pro Asylo sit, ac permanendi securitatem præbeat. Hi criminis alicujus Rei à Judice delicti commissi citantur quidem, ast, quoniam, ob metum carceris, aut ipsius malefacti, contumaciter emanere solent, perpetuo Banno communiter notantur; Adeoque ut fere omnes Italiæ Civitates ac pagos hisce Bannitis repletos invenies. De quibus Bannitis integrum tract. scripserunt *Nelle: Hyppolitus de Marsilis. ac Flamin. Chartarius De Banno, & de Bannitis.*

16. Quoniam autem Remissiones hodie de generali consuetudine sint urbanitatis, ac in arbitrio territorii Principis consistat, velit ne Reum, in suo territorio versantem, ad judicem loci delicti remittere, nec ne? cùm tamen quædam Provinciæ certas conventiones de remittendis Reis habeant; Ideò pro *cautela* suadet *Iulius Clarus* ipsis delinquentibus, quà remissionem evitent, ut à Principe, sub quo morantur, *Fidantiam*, seu Salvum conductum, habere procurent, quo impetrato tùm securè ibidem permanere poterunt. Jul. Clar. *dict. quæst.* 38. *sub. num.* 20. *lit. L. & M.* Chartar. *dict. tract. cap.* 1. *num.* 257. De qua securitate publica tractatum scripsit *Petr. Premus.* Quæ *Fidantia* seu Salvi conductus & protectiones promissæ omnino servandæ sunt, secundùm Menoch. *Consil.* 100. *à num.* 185. *usque ad num.* 218. *& seqq.*

17. Hoc annotandum est, quod cùm Civitates jure Asyli gaudentes, Homicidas, aliosve facinorosos, etiam dolosos,

losos, remittere ad loci delicti judicem non soleant, Ideo quibusdam in locis receptum est, ut Principes Vicini, jure Retorsionis, seu talionis, proximo & Asyli vicini loco eandem refugii securitatem, & immunitatem ita tribuant, ut is, qui in Asylo deliquit, ibidem æquè securus sit, & quietè vivere possit, sicuti consuetudine invaluit immemoriali, ut is qui in Civitate Reutlingensi, ejusve Territorio delictum commiserit, sive cives fuerit, nec ne, in vicino *Ducatus VVirtembergiæ* pagò *Pfullingen*, eoque ibidem existente Monasterio, securum confugii seu Asyli locum habeat permanendi Georg. Besold. apud Christoph. Besold. *in Delibat. lib. 1. Dig. tit. de Asylis. fol. m. 55.* Qui tradit & contestatur: *Hanc consuetudinem antiquissimo Privilegio firmatam. Et hoc jure talionis observatum esse, & sapiùs practicari.*

CAPUT IX.

An etiam hodie Asyla aperienda sint? Et de his, quibus Asyla patrocinentur?

SUMMARIA.

1. Variis rerum vicissitudinibus accrescente Populorum Catervâ pro Zelo etiamnum Asyla constituere, Principi convenit.

2. ἀπεονοήτως maleficos tutantur Asyla. Imprimis Homicidas culposos. Fatales Casus quid? Culposi Pœna.

3. Indagans Caldæorum, Hebræorumque super casuali homicidio latentium causarum explicatio.

4. Privilegium Securitatis Reutlingensis. Principalis Comitatus Tyrolensis. Homicidii casualis pœna extra ordinaria.

5. Latâ culpâ enecans, quam pœnam subeat? Ordinariè impunibilis nec asyli jure privatur.

6. Ebrius ἀνοήμων, impetu magis, quàm voluntate, delinquens, extra ordinem puniendus.

7. Θυμομάχοι sese invicem dilaniantes, nûm asyla appetere queant?

queant? Duellorum deploranda inveteratio. Profligationem modus & ritus taduḷus labenti seculo assuetus.

8. *Provocans in Duello provocatum interficiens evadit homicida dolosus. Præsumptio Legis. Vindicta Provocationis principium.*

9. *Talis provocans homicida ex proposito ultimum supplicium sustinere tenetur. Sic Constituta Saxonica cavent. Nec Asyla ferunt. Monomachiæ ejusmodi planè interdictæ, odiosæ, coercendæ sunt.*

10. *Hacce homicidia à provocantibus deliberato animo commissa docent verba, & modus provocandi,* auf Leib und Leben. *Arma. Ipsa invitatio punctim:* auff den Stöß. *Præmeditatio per Patrinos facta; de loco & tempore ineundi Duelli.*

11. *Lacessitus verbis injuriosis provocans homicida à pœna supplicii non liberatur. Sufficit ad perfectam defensionem Lex & favor Imperii. Monomachia ultio est & vindicta.*

12. *Provocatus homicida ordinariâ mortis pœnâ non tenetur. Versante dubio num profugus provocantis vel provocati vices gesserit, asyli quidem jure gaudet, sed agenti de homicidio in ipso loco securitatis respondere adstringitur. Verbis asyli Reutlingensis expressè attestantibus.*

13. *Asylum tendens Confuga apparatoribus viâ prævalens num eveniat persequendus?*

14. *Ad Asylum fugitivus liber evadit ob loci reverentiam & honorem. Neque citra Jurisdictionis violationem capi potest. Captusque nisi præviis requisitoriis, videtur relaxandus & reponendus. Innocuâ valdè existente assertione priori.*

15. *Nec Judex Loci delicti reum captivum carcere effracto aufugientem jam jam ad Secura receptum avocare valet. Burdegalensis Parlamenti judicio.*

16. *Ad Triremes, vel operas condemnatum publicas, nec minùs ad remigium certo pretio convento pro tempore obligatū profugum, securitatum loca tanquam liberum, protegere satagunt.*

17. *Carcerum effractores confugæ Magistratui loci remmittendi sunt. Ratio remissionis. Galliæ ritus. Supremi Lusitaniæ Senatus judicium.*

18. *Ad Triremes operasque condemnat;*

nati publicas instante Magistratu loci aufugientes remittendi. Asyla nondum damnatos protegunt. Publici servi confugi evitare quidem immanitatem possunt, sed Domini Imperium excutere nequeunt. Asserti restrictio.

19. *Bancofalliti mercatores bona sua dolosè & per fraudem decoquentes immunitatis privilegio non gaudent. Publicis latronibus, juxta Pii V. P. M. Constituta, haud absimiles. Orbati cessionis bonorum beneficio.*

20. *Sic in Hispania, Regnoque Granatæ usu receptum est. Sic Galli ex Francisci Primi Galliarum Regis Edicto decernunt.*

21. *Tributorum Debitores, Principalisque Patrimonii Administratores Asyla non securant. Præcipit hæc Castiliæ regnum. Senatus Venetum. Henricus Secundus Gallorum Rex. Ad Ecclesiam fugitivi ad solutionem adstricti non extrahuntur.*

22. *Debitor Fortunæ vitio solvendo esse desinens, ut commiseratione dignus confugus evadit immunis. Huic Justinianus Imperator auxilium despondet. Hunc Lex Petilia fovet. Domusque Ordinis Equitum Teutonicorum in Saxenhausen Imperialis Civitatis Francofurti defensat. Limitatio priorum.*

ULterius quæritur, utrum Reipublicæ conducat, moribus hodiernis in hoc vel illo Ducatu aut Provincia Imperii nova Asyla aperire? Hæc quæstio sollicitam recipit dubitationem, vel exinde, quod hominum malitia indies crescat & omnis generis delicta hodie increbescant, delictis autem crescentibus, pœnæ augeri potiùsquàm minui debent. *per text. in l. aut facta.* 16. *§.* 1. *D. de pœnis.* Præsertim, cum maxima sæpe sceleratorum eluvies, hâc veluti Ægide, tuta leges publicas ludificare soleat, quod jam olim conquestus est Cornelius Tacitus. *lib. tertio Annal.* Besold. *in delibat. lib.* 1. *fol. m.* 56. *Verùm enim verò* cum omnes leges ab ipsô Principe Legislatore ad ingenium & naturam populi accommodari debeant, ac variæ sint rerum vicissitudi-

 nes,

nes, *per leg. de quibus ibi:* judicio populi, *D. de legib.* Unde Aristoteles ait: *Lex nullam vim obligandi habet, nisi ex more.* Covarr. *lib. 1. var. Resol. cap. 12. num. 6.* Rebuff. ad *constitutio: Regn. Gall. tom. 1. in proœmio. Gloss. 1. num. 26. 27. & 28.* Francisc. Suarez. *de legib. lib. 3. cap. 19. num. 1. & 2.* Johan. Petr. German. *tract. de recta Regni administr. cap. 21.* Ideò nullus dubito, quin tempus aliquando edocere possit, quod Asylum hîc vel illîc aperire, & utilitati benignitatique Populi Reipublicæ conveniat. Nam & Imperator, & alii Asylorum fundatores hodie eandem circa constitutionem horum Privilegiorum habent potestatem, quam olim habuerunt; ipsosque eadem ad hujusmodi largitionem jam commovere potest ratio, quæ olim alios movebat Principes. Præsertim, cùm hodierno tempore, purgatis jam Evangelicorum Templis à Canonicis P. Sanctionibus largissima Ecclesiarum immunitas in territoriis Principum & Statuum Imperii, qui Augustanam Confessionem profitentur, circa refugii securitatem penitùs abolita sit: ac nullibi ferè talia Asyla secularia, paucis exceptis locis, hodie reperiantur. Quemadmodum etiam Deus Ter. Opt. Max. Populum Judaicum, quippe quod termini & pomeria ipsius Regni Judaici fuerint dilatati, numerum Civitatum refugii duplicare jussit. *Deuteronom. cap. 19. vers. 8.* Proinde cùm homines multiplicantur, non immeritò Asylorum quoque numerum, & privilegia à Principe ex justa causa multiplicari convenit, ita mecum censet Joan. Christoph. Leibfrid. *de Asylis. thes. 8.* Christophor. Besold. *in oper. Polit. tractat. de Pram. & pœn. cap. 3. num. 8. fol. 120.* Caspar. Klock. *de Contribut. cap. 18. num. 197.* Vide quoque Heig. *lib. 2. quæst. 24. num. 44.* Velsten. *quæst. Polit. decad. 4. thes. 6.* Melch. Junium. *part. 2. quæst. polit. 65. & Politicos passim.*

2. Sanè hujusmodi Asyla & locorum refugia, tàm Ecclesiastica, quàm secularia, patrocinium præstant *delinquentibus ex casu fortuito, imprudentiâ, errore, & sine dolo malo*, vel *non ex proposito*; adeoque innocentibus, ut hi serventur ab omni violentia, & injuria, ac contra insequentes protegantur. Alciat. *de præsumpt. Regul.* 3. *Præsumpt.* 33. Ludov. *decis. Luc.* 16. *num.* 34. *& seqq.* Merckelbach. apud Holck. *consil.* 10. *num.* 324. *lib.* 1. Arumæ. *vol.* 2. *discurs.* 9. *fol.* 267. Ac quoniam Asyla præcipuè in solatium homicidarum constituuntur: Ideò refugii securitas in primis competit *Primò*, homicidii Reis, qui *Casu fortuito* quempiam occiderunt: Ad exemplum lignatoris, de quo *Deuteronom. cap.* 20. *v.* 5. verba sonant, quod in cedendo ligna quempiam, elapso ferro, interfecerit. Quæ enim ex improviso casu potiùs, quàm fraude accidunt, plerunque fato magis quàm noxæ, imputantur; *per l.* 1. *l. eum qui.* 5. *C. ad l. Cornel. de sicar. l. si fortuitò. D. de incend. ruina. naufr.* Unde tale homicidium *Fatalis* dicitur casus. *in l.* 5. *D. de Appellat.* Sebastian. Medices. *tract. de casu fortuit.* Damhaud. *in prax. crimin. cap.* 84. *num.* 22. Dn. Bocer. *tract. de homicid. lib.* 2. *cap.* 86. qui varios hujus generis casus refert: *sub. num.* 87. Ab eadem autem immunitate non excludimus homicidas *qui Levi Culpâ* quempiam occiderunt; quoniam culpa levis, & levissima, casui æquiparatur, ac homicidium culposum extra-ordinariè tantùm punitur, dum etiam involuntarium à Doctoribus vocatur. Clar. *in prax. crim. lib.* 5. *§. homicidium. num.* 4. Bocer. *dict. cap.* 1. *num.* 80. Qui hujus homicidii generis varia exempla, quæ indies in vita humana contingunt, latè enumerat *sub num.* 79. *&* 81.

3. Proinde homicida, qui aliquem interfecit per *imprudentiam, errorem, lasciviam*, aut *iracundiam*, aut *ad sui defensionem*, etiamsi moderamen inculpatæ tutelæ egressus

sus fuerit, in Asylo tutum refugium habebit. *per text. Exod. cap.* 21. *vers.* 13. ibi: *qui non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus ejus.* Cum Caldæi additione, *ob latentem aliquam Causam*, quod *Hebræi* explicant, Dum aliquis flagitium quoddam perpetravit, propter quod non est punitus à Magistratu, & tamen tale peccatum est, quod excidium, seu ex terminium præmaturæ mortis mereatur. Robert. Stephan. *ad dict. vers.* 13. Ac *Deuteron.* 19. *vers.* 4. ibi: *Proximum suum nesciens & qui heri & nudius tertius, nullum contra eum odium habuisse comprobatur*, id est, secundùm Paguinum, *ignoranter, ac per imprudentiam.* Juxta Robert. Stephan. *ad dict. vers.* 4. Novell. 17. *cap.* 7. *& cap.* 1. *X. de homicid.* Harprecht. *ad* § *in potestate. num.* 17. *Instit. de his, qui sui, vel alien. jur.* Althus. *in Dicæolog. lib.* 1. *cap.* 129. *num.* 37. Ubi tradit: Tunc Asyla locum habere, quando defensor modum inculpatæ tutelæ excedit. Gumpelzheim. *de Civit. apud.* Arumæ. *tom.* 2. *discurs.* 9. *Conclus.* 246. Besold. *de Asyl. in lib.* 1. *Delibat. jur. fol.* 54. Leibfrid. *de Asylis thes.* 12. *Lit. C.* Dn. Amic. Knippschild. *de Civitat. Imper. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 28. *ac lib.* 3. *cap.* 44. *in Consilio annexo num.* 41. Vide quoque Petr. Sarpum *de Asylis. cap.* 3.

4. Quod claris & disertissimis verbis in Asyli Privilegio *Civitatis Reutlingensis* ab *Imperatore Maximiliano I.* expressum est: Daß hinführo ein jegliche Person/ so auß Hitz deß Zorns/ oder zu Auffenthalt und Rettung ihres Lebens/ ausserhalb der Stadt Reutlingen/ und den Zehenden und Ettern daselbsten Todschlag thun/ und vollbringen würden; daselbsten Freyhung haben mögen. Cujus tenorem refert quoque Harprecht. *ad dict.* § *in potestate. n.* 27. Pari modo instituto *Comitatus Principalis Tyrolensis* cautum est, ut Asyla tantùm culposis homicidis pateant, in quo sequentia legimus: Wir setzen und ordnen auch / daß hinfüro allein die ungefährliche

und

und unbedächtliche redliche Todschläger / auch die / so sich in der Gegenwehr / und sonst anderer ehrlicher Sachen begeben haben / an den Eyden / da bißhero Freyhung gewesen / derselben Freyhung fähig seyn sollen. Statut. Tirolens. *lib.* 8. *cap.* 59. *fol. m.* 102. Ita homicidam ex calore iracundiæ Asyli privilegio dignum esse, defendit quoque Christoph. Leibfrid. *de Asylis. thes.* 12. *Lit. C. quæst.* 2. Quemadmodum aliâs, jure civili, homicidium, ex nimia iracundia commissum, extraordinariâ pœnâ vindicatur, secundùm Bocer. *de homicid. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 38. *& seqq.* Georg. Mund. *de diffamat. cap.* 3. *num.* 137. *& seqq.*

5. Quæritur autem, *an is qui latâ culpâ aliquem occidit, & ad Asylum confugit, securitatem ibidem, & immunitatem habeat?* Veluti si maritus interficiat eum, à quo uxor sua adulterata verè dicitur, de quo casu vide *l. Divus.* 5. *D. ad l. jul. de parricid.* Quod utique *affirmo.* Quamvis enim lata culpa dolo æquiparetur. *l.* 1. *§. hac actio. D. si mens. fals. mod. l si fortuito* 11. *D. de incend. ruin. naufr.* hæc tamen comparatio in hisce gravioribus delictis non procedit, & quidem ob pœnæ asperitatem, quæ delinquentibus infertur sicuti disertè respondit JCtus *in l* 7. *D. ad l. Corn. de sicar. Quoniam in lege Cornelia. (ait Paulus ICtus) dolus pro facto habetur; nec in hac lata culpa pro dolo accipitur*, quò confer. *l* 1 *D. de l. Pompei de parricid.* Anton. Gomez. *tom* 3. *var. Resol. cap* 3. *num.* 15. Andr. Gail *lib.* 2. *observat.* 110. *num* 1. 2. *&* 3. latè Dn. Bocer. *tract. de homicidio lib* 1. *cap.* 2. *num.* 10. 11. *&* 12. Hinc provenit, quod ille, qui *latâ culpâ* alterum occidit, ordinariâ L. Corneliæ, sc. mortis pœnâ non afficiatur, sed extra ordinem aliquâ aliâ pœnâ puniatur, sicuti cum communi DD. opinione concludit Jul. Clar. *lib.* 5 *sentent. § homicid. num.* 4. Et jam ante eum Bartol. Cæpolla. *Consil. crim.* 37. *per tot.* Maranta *in specul. part.* 4. *distinct.* 1. *num.* 76.

Carpzov. *in prax. crimin.* Petr. Caball. *tract. de homicid. num.* 200. 251. *&* 330. Ideò, quoad obtinendam Asyli immunitatem, hîc pro *Regula* ferè observandum est, *quod in quocunque crimine confugiens suo delicto ordinariam mortis pœnam subire non tenetur, ubi Asylum confugienti tutum refugium, & securam mansionem præbet*; Althus. *in Dicaeolog. lib.* 1. *cap.* 129. *num.* 37. Proinde, cùm maritus, adulterum occidens, extra actum adulterii, ordinariâ pœnâ non puniatur, ideò in Asylo tutum habebit refugium, ita in terminis generalibus Joan. Christoph. Leibfrid. in erudita *dissert. de Asylis. th.* 12. *lit. C. quæst.* 1.

6. Pari modo *de Ebrio* quæritur, *an & ille, in ipsa ebrietate homicidium committens, dignus sit securitate & Asylo?* Quàmvis in hâc quæstione pro & contra Doctores disputare soleant, sicuti videre licet apud Bocer. *in tract. de homicid.* Verior tamen est *affirmativa sententia*: quoniam verè Ebrius rectâ ratione caret, dum ebrius consentire non censeatur. *per Can. si concupiscentia. caus.* 15. *quæst.* 1. Sed magis impetu, quàm voluntate, delinquit, unde Martianus respondit *in l. perspiciendum* 11. *§. delinquitur impetu, cum per Ebrietatem ad manus, aut ad ferrum venitur.* Albert. Gentil. *ad l. un. C. si quis Imper. maled.* Mascard. *de probat. conclus.* 509. *num.* 14. latissimè Georg. Mundius *in erudito tract. de diffamat. cap.* 3. *num.* 102. *& pl. seqq.* Ideò non ordinariâ homicidium pœnâ, sed extra ordinem punitur, secundùm judicis arbitrium. *per text. Magistralem. in l. omne delictum.* 6. *§. qui se,* 7. *vers. per vinum. D. de re milit.* Canon. *sanè.* & Can. *inebriaverunt. caus.* 15. *quæst.* 1. Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar judic. caus.* 326. Andr Gail. *lib.* 2. *observ.* 110. *num.* 23. Volz. *ad l. Cornel. de sicar. cap* 6. *n.* 14 *& seqq.* Petr. Caball. *tract. de homicid. n.* 187. Latè pro, & contra, pro more sed nihil decidens Böeckel. *in vision. disquisit.* 6. *num.* 14. Bocerus

cerus tamen *de homid. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 45. contrariis respondet, & Doctorum *distinctionem* inter eum, qui consueverit esse rixosus, nec ne, ut & inter ebrietatem, & ebriositatem *sub num.* 54. *&* 56. rejicit, ita in terminis Asyli. Christoph. Leibfrid. *dict. th.* 12. *lit. C quæst.* 3.

7. Pro dehortatione studiosæ Juventutis, adjicere volui quædam de his, qui sese invicem in *Duello* occidunt. *An jure Asyli gaudeant, & gaudere debeant?* De quo casu meritò dubitare licet; dum frequentiores (proh dolor!) in Germaniæ Academiis sint provocationes, & cædes; præsertim verò in *Tubingensi nostra Universitate*, brevi annorum intercapedine, aliquot cædes studiosorum acciderint: Solent enim hodierno seculo nunquam ferè non Scholares inter *Compotationes* & *nocturnas discursiones*, *belluinasque vociferationes*, *sese verbis* & *verberibus* lacessere, mox manè ad *Duelli pugnam* provocare; Schedulas namque, seu literas (quas *Chartelle* vocant) provocatorias alter, qui nimiùm se lacessitum sibi imaginatur, alteri mittit, Patrinos eligit, gladium præparat & acuit, horam denunciat, locum assignat, tùm provocans tanquam *il capitan spavento*, aut, *il signor Taglia Cantone* cum tanta fortitudine, seu magis temeritate quasi Attilam profligaturus, aut *Totilam* ex Italia pulsurus, in arenam cum maxima Studiosorum turma conscendit; Et hæ provocationes aliquot annis abhinc *Tubingæ* majori audaciâ à quibusdam susceptæ fuerunt, dum ipsis satis constat, quod si provocans, vel provocatus alter alterum occiderit; spatio unius horæ è Civitate Tubingensi Asyli locum & Civitatis Reutlingensis territorium attingere, ac ibidem tutum elabendi receptaculum habere possit. Quæ studiosorum provocandi licentia, nostris corruptis moribus ita increbuit, ut multi Scholares hanc provocandi pruriginem pro singulari Privilegio & immu-

 nitate

nitate existiment, non aliter ac si hæc licentia & impunitas provocandi in Authen. *Imperatoris Friderici nostri Suevo-Wirtembergici* relata, & ab Horatio Lucio *in tract. de Privilegiis studentium*: explicata existeret. Unde ad depellendam hujus exemptionis opinionem necessariò & optimè definit. Dn. Carpzov. *in sua Iuris-Prudentia forensi*, Quòd Studiosi in Academia sese mutuo in Duello interficientes, ab ordinaria mortis pœna immunes non sint, idque præjudiciis allegatis confirmat Carpzov. *in I. P. F. part.* 4. *constit.* 9. *definit.* 5. *per tot.*

8. Ac, ut ad propositum revertar; *Provocans* aliquem ad Duellum, & Provocatum interficiens, est homicida dolosus, dùm eo animo & proposito Titium provocat, ut eum occidat: Nam provocans non invaditur, sed alterum invadit, ideò necessariam defensionem non allegare, nec ejusdem beneficio uti potest, *arg. l.* 1. §. *cum auctos. D. si quadrup. pauper. feciss. dic.* Andr. Gail. *lib.* 1. *tr. de pac. publ. c.* 16. *n* 17. *inf.* Wesenbec. *part.* 1. *Consil.* 17. *n.* 57. Quoniam lex non præsumit, in discrimine vitæ positum fuisse eum, qui suâ culpâ se vitæ periculo exponit, & alterum occidit. *per l. item Mela* 11. *in pr. ibi: ipsum de se queri debere. D. ad l. aquil.* Et considerato provocationis principio, homicidium subsecutum non fit ad defensionem, sed potiùs ad offensionem & vindictam, utpote qui causam Duelli dedit. *l. scientiam.* 45. §. *qui cum aliter. D. ad l. aquil. l.* 6. *C. de vi publ.* Georg. Fransckius. *lib.* 2. *var. Resol.* 23. *num.* 10. Ayrer. *de homicid. part.* 1. *num.* 146. Joan. Grivel. *decis.* 12. *num.* 16. Carpzov. *par.* 1. *in pr. crim. quæst.* 29. *num.* 98. Præsertim cùm in delictis principium, non finis & exitus, spectetur. *l. si ex plagis.* 52. §. *tabernarius. D. ad l. aquil. l. quoniam C. ad l. Iul. de vi publ.* Hyppolit. de Marsil. *in prax.*

crim.

crim. § *quoniam.num.*91. Andr. Gail. 2. *observ.* 110. *num.* 10. Dn. Bocer. *de Bello & Duello. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 35. *& seqq.*

9. Consequenter provocans ex eo, quod in Duello provocatum necaverit, tanquam homicida ex proposito, als ein vorsetzlicher Todschläger / ordinariam homicidii pœnam, & ultimum supplicium sustinere tenetur. uti *arg. l.* 1. *C. de gladiator. l.* 1. *& tot. tit. D. ad l. Corn. de sicar. Deuteron. cap.* 5. *Rom.* 12. Ita in terminis post alios Joseph. Ludovic. *decis. Lucens.* 11. *per tot.* Farinac. *quæst. crim.* 129. *numer.* 23. Obrecht. *tract. de necess. defens. cap.* 11. *num.* 26. Dn. Harpprecht. *ad §. item lex Cornelia.* 5. *num.* 184. *Instit. de publ. Iud.* Boëckel. *in vision. disquisit.* 6. *posit.* 13. *fol. m.* 141. Carpzovi *in Iurispr. For. part.* 4. *Constit.* 9. *Defin.* 2. Ubi præjudicium; *ac in prax. Crimin. part.* 1. *quæst.* 29. *num.* 91. Georg. Franskius *dict. lib.* 2. *Resol.* 23. *num.* 51. Quod etiam in *Electoratus Saxoniæ* constitutionibus ita disertè cautum est *in part.* 4. *Constit. Elect. Sax. cap.* 10. Proinde, cum dolosus homicida ab Asyli immunitate excludatur, meritò quoque talem provocantem Asyli beneficio indignum judicamus. Barbosa. *de jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 101. Sarpus. *de iur. Asylor. c.* 5. *fol. m.* 48. Leibfrid. *in erudita differt. thes.* 12. *lit. B.* Dn. Knippschild. *de Civ. Imper. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 36. In terminis Duellantis *Navarr. in manual. cap.* 25. *numer.* 21. Qui tradit ita in Lusitania observari, annuente Lud. Correa. *ad cap. inter alia* 6. *par.* 3. *num.* 19. *X. de immunit. Eccles.* Mar. Itala. *tract. de immun. Eccles. lib* 1. *cap.* 5. *§.* 4 *num.* 42. *&* 43. Dissentiente Farinac. *tract. de immun. Eccles. cap.* 7. *num* 117. Diana *part.* 4. *tract.* 1. *quæst.* 13. *resolut.* 46. *ac p.* 6. *Resolut,* 26. Quæ huc usque dicta eò magis locum habent, quod Monomachiæ, Duella, & lascivæ, seu magis dolosæ, istæ provocationes omnino odiosæ, ac omni jure, tàm *Divino Canonico, & Civili*, quàm variorum regnorum *constitutionibus*

prohibitæ ſint, *acriùsque* remediis cohibeantur, & coërceantur, ſecundum ea quæ tradit Farinac. *dict. quæſt.* 129. *n.* 23. Ayrer. *de homicid part.* 1. *num.* 141. *& ſeqq.* Dn. Boecr. *de Duel. c.* 10. latè Pingizer. *quæſt. Saxon.* 59. *per tot.* Quod amplificè deducit Guilielm. Boëckel. *dict. diſquiſit.* 6. *poſit.* 13. *per tot.* Ubi rationes in contrarium & penes provocantem quoque affert: *Diſſentientibus* arbitrariamque pœnam Duellantibus conſtituentibus Mynſing. *lib.* 5. *obſerv.* 15. *n.* 2. Wurmbſ. *lib.* 1. *obſerv.* 100. *num.* 1. *& aliis.*

10. Cæterùm provocantem, provocatum interficiens, *deliberato animo* homicidium hoc commiſiſſe eò magis apparet; *Primò,* ex verbis & modo provocandi, dum regulariter alterum provocat, auff Leib und Leben/ unde præmeditatum homicidium ex ipſis verbis arguitur, conſequenter eò magis provocans homicida ordinariâ *L. Corn. de Sicariis,* pœnâ tenetur, ſiquidem ex loquela animus dignoſcitur. *per l pen. D rem. rat. haber.* Menoch. *Caſu* 361. *n.* 33. Blanck. *de indiciis. l fin. num.* 196 *D. de quæſt.* Mar. Giurba. *Concil. deciſ.* 63. *n.* 28. *Secundò,* ex *armis,* & genere armorum, præſumitur occidendi animus, dum plerunque provocans provocatum ad Duellum punctim, auff den Stoß/ invitat; ex quibus offendendi animus colligitur. Farinac. *Conſil.* 67. *n.* 8. Mar. Giurba. *dict. conſil.* 63. *n.* 22. *Tertiò,* animus deliberatus occidendi colligitur quoque ex ipſo provocationis *tractatu* & conſilio, cum amicis habito, dum per *internuncios,* aut electos & conſtitutos ad hunc Duelli actũ *patrinos,* provocans cum provocato de loco, de tempore, & de armorum genere præmeditatè & conſultò tractare ſoleat. Unde homicidium exinde reſultans, meritò ἀνδροφονία præmeditata & deliberata dici poteſt. per Blanc. *de indiciis. l fin. num.* 125. Guazzin. *de defenſion. reor. defenſ* 4. *cap.* 14. *n.* 3. Mar. Giurba. *dict. conſil.* 63. *num.* 25. Farinac. *quæſt.* 129. *n.* 24.

11. *Nec*

11. *Nec excusat*, aut ab ordinaria mortis pœna liberat provocantem, si dicat, quod priùs à provocato *verbis injuriosis* lacessitus fuerit, proinde honorem suum gladio defendere coactum fuisse: Atqui defensionem honoris causâ susceptam esse licitam, secundum Decium *Consil.* 487. *num.* 3. Alciat. *de monomach. cap.* 3. Vischer. *tract. de Duell. Veruntamen* sciendum est, quod nemo propriâ authoritate & armis, sed legitimis mediis honorem suum defendere debeat. Judicis enim authoritas in medium est constituta, ne quispiam ultionem sibi propriam sumat. Etenim viâ juris (sicuti *in l.* 13. *D. quod metus causâ processus praescribitur.*) non gladii, aut Martis judicio, procedendum est, ac sufficit ad perfectam defensionem lex, & favor Imperii. *Novell.* 17. *cap.* 13. Neque Monomachia defensio est, sed ultio, & vindicta, quæ ubique prohibita est. vide Ayrer. *de homicid. part.* 1. *num.* 147. *& seqq.* latè & optimè Boëckel. *dict. disquisit.* 6. *posit.* 13. *fol. m.* 141. Eruditè Franskius. *lib.* 2. *var. resol.* 23. *num.* 12. *& seqq.* Græven. 2. *conclus.* 100. *consid.* 1.

12. Quæritur autem, *Quid dicendum de provocato, provocantem interficiente; an & is ordinariâ mortis pœnâ teneatur?* & consequenter Asyli beneficio indignus sit? *Ita* censet & defendit Georg. Fransk. *in dict. Resol.* 23. *num.* 52. *Verùm* ego in mitiorem sententiam inclino, eumque extraordinariâ pœnâ aliquâ afficiendum censeo, cum Andr. Gailio. *lib.* 2 *observ.* 110. *num.* 15. quod pro more examinat latissimè Joan. Bolognet. *ad l. ult. vim num.* 45. *& seqq. D de Iustit. & Iur.* Carpzov. *in prax. crim. quaest.* 29. *num.* 89. Et latè hoc deducit Dn. Bocer. *de Duello cap.* 10. *num.* 68. *& seqq.* Wesenbec. *Consil.* 19. *num.* 7. *& seqq.* Quod si verò in *dubio* versamur, quis nam provocans vel provocatus fuerit, ac profugus ad asylum provocationem neget, nec constet, an homi-

homicidium dolosè fuerit commissum, an verò ex defensione necessaria, tunc Reus gaudebit quidem *Asyli* securitate, sed cuivis petenti, & agenti, occidens coram judice Asyli respondere, & causam suam defendere tenetur. Sicuti in articulis Asyli civitatis Reutlingensis cautum est. Wäre aber der Todschlag verdächtlich / oder gefährlich geschehen / so mag man gegen euch (id est, confugo) Rechtens begehren / werdet ihr zu recht vorgestellt / und beklagt. vid. apud Knippschild. *de Civit. Imper. lib.* 3. *cap.* 44. *sub. n.* 29.

13. Quod si is, qui homicidium commisit, ad Ecclesiam, vel Asylum, aut ad Civitatem Reutlingensem *suâ fugâ* tendat, apparitores autem eum insequantur, & profugus suâ pedum velocitate prosequentes vincat, Asylique territorium attingat, priùsquam ab ipsis apprehensus fuerit: Quæritur, *an hoc in casu prosequentibus integrum sit, Asylum seu territorium Reutlingense ingredi, confugumque capere & abducere?* Hæc quæstio dubio non caret, & coincidit cum quæstione von der Nach-Eil / quam concedunt. Alexander. *Consil.* 24. *num.* 26. *lib.* 2. Hypolit. & Marsil. *ad l. un. num.* 110. *C. de rapt. virg.* siquidem jus prosequendi facinorosos, propter jus indivisibilitatis, de jure admittitur, cùm sit magis continuatio, quàm nova persecutio: sicuti, vermög deß Land-Fridens / Räuber und Mörder / in einem andern Territorio verfolgt werden können. Gail. *de pac. publ. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 25. Et affirmat hoc jam olim Cynus *ad auth. si quis C. de adult.* latè Nellus *de bannitis. part.* 2. *tempor.* 2. *quæst.* 29. Idque pro & contra deducit, ast in fine hunc casum dubiosè relinquit Joan. Wames. *consil.* 516. *per tot.* vide distinctionem Weichbild. *art.* 9. *in glos. ibi:* Ihr solt aber wissen *fol.* 18. latè Besold. *de jur. territor. cap.* 3. *n.* 3. *in oper. polit. ac in th. pract. lit. N. verb.* Nacheil.

14. Ar-

14. Attamen alii contrariam opinionem amplectuntur; Quàmprimum enim profugus attigerit Asylum Reutlingense, mox in loco, & quidem ex speciali privilegio exempto versatur, in quo vix est, ut absque violatione hujus privilegii quipiam criminis reum ibidem apprehendere possit, idque ob loci reverentiam, & honorem. *arg. l. præsenti. 6. Cod. de his, qui ad Eccles. confug.* Cum aliàs juris communis sit, quod nemo criminis Reum in Territorio alieno existentem, absque violatione jurisdictionis, capere queat *per text. in l. fin. D. de offic. præfect. urb.* ita Farinac. *quæst. 28. tit. de Carcer. num. 41.* Decian. *de crim. lib. 6. cap. 28. num. 31.* Quod latiùs deducit in terminis Harpprecht. *ad §. 1. num. 53. & seqq. instit. de his, qui sui, vel alien. jur.* Leibfrid. *de Asyl. thes. 13. lit. E. quæst. 1.* Eum sequitur Knippschild. *dict. lib. 2. cap. 25. num. 31.* Consentit Erasm. à Chockier. *tract. de jurisdiction. in Exempl. part. 4. quæst. 60. num. 6.* Alphons. de Azevedo. *ad Constit. Reg. Hispan. lib. 1. tit. 2. ad leg. 3. num. 3.* Ubi tradit, quod sicuti Judex unius loci non potest facere executionem in bonis, in alieno Territorio sitis, nisi cum literis requisitoriis: Ita neque in personam in alieno Territorio existentem sine prædictis literis; cum argumentum de re ad personam validum sit. *Et paulò post,* Imò si de facto capiatur, & abducatur, relaxandus, & in pristinum statum reponendus erit. *sub num. 6.* Adi Zasium in genere loquentem *ad l. fin. 1. D. de jurisdict.* Gail. *lib. 1. de pac. publ. cap. 16. num. 26.* Mynsing. *2. Observat. 28.* Veruntamen prior opinio, suâ æquitate & ratione sustinetur; Ne latiori ampliatione, delictis fenestram aperiamus; ac quoniam persecutionis actus pro actu continuo, meritò habeatur.

15. Ulteriùs asseritur, imò quæritur, *An Asyli beneficio gaudeat etiam is, qui ex causa delicti* aut *homicidii captivus ef-*

fracto carcere aufugit, & in Ecclesiam aut Asylum, v. g. *Reutlingense sese recipit?* quod à quibusdam affirmatur; Adeò quidem, ut Magistratus loci, unde aufugit, profugum illum à Senatu Reutlingensi, aut ab Ecclesia avocare, & in carcerem reducere nequeat. Sicuti tradunt post alios Farinac. *dict. quaest.* 28. *num.* 24. Tiber. Decian. *lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 28. Clar. *§. fin. quaest.* 30. *num.* 19. Harpprecht. *ad dict. §.* 1. *num.* 84. Quem sequitur Knippschild. *dict. cap.* 28. *n.* 32. Mart. *in Consil.* 177. *num.* 11. Ubi pro duobus scholaribus Mantuanis respondit. Hanc assertionem ampliat Leibfrid. *de Asylis. thes.* 13. *lit. E. quaest.* 3. Stephan. Guazzin. *de defens. reor. defens.* 1. *cap.* 37. *n.* 38. & 39. Ac ita decisum fuisse in supremo Burdegalensi Parlamento adductis praejudiciis refert Boër. *decis.* 110. *num.* 8. & 9.

16. Ex quibus principiis fluit etiam haec quaestio; *An condemnatus ad triremes, aut ad operas publicas* (quod facile in Ducatu Wirtembergico contingere potest) *ex causa homicidii* v. g. *culposi in perpetuum, vel ad tempus, ac confugiens ad Ecclesiam, ibidem plenam securitatem habeat, ut exinde abstrahi non possit?* ita tradit post alios Mart. *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 51. *n.* 17. Decian. *var. resol. part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 40. Mar. Giurba. *decis. consil.* 30. *num.* 1. & *seqq.* Ubi rationes pro & contra refert. Idem dicendum esse de eo, qui ad τριήρεος remigium certo convento pretio ad tempus se obligavit, ac nondum finito tempore conventionis ad Ecclesiam perfugit, adeò ut eâdem immunitate gaudeat, per rationem communiter traditam, quod Asylum vel Ecclesia talem profugum liberum recipiat, ideo liberum protegat, sicuti hoc authoritatibus variis confirmat Farinac. *de immunit. Eccles. cap.* 15. *num.* 193. Sanchez. *Consil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 11. Latiùs deducit Mar. Giurba. *dict. consil.* 30. *num.* 27. & *seqq.* Idque secundum tradita Mar. Ant. Nattae *con-*

sil.

fil. 407. *num.* 11. Additâ tamen declaratione, modò Reus propter tale crimen in carcerem conjectus fuerit, quod Asyli, aut Ecclesiæ immunitatem meretur, secundùm Farinac. *dict. quæst.* 28. *num.* 46. Harpprecht. *ad §.* 1. *num* 88. *&* 89. *instit. dict. tit.* Hinc reum injustè incarceratum ast effracto carcere profugum ad Asylum, seu Ecclesiam, omnino liberum evadere, & nullâ pœnâ affici posse scribit Grammat. *consil.* 51. *num.* 6. Hondet. *consil.* 94. *num.* 10. *vol.* 2. Hering. *de fidejuss. cap.* 20. *§.* 9. *num.* 91. Mar. Giurba. *dict. consil.* 30. *num.* 32. *Qui duo plures allegant.* Adiquoque Anton. Dianam *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 9.

17. *Veruntamen* quàmvis hæc à quibusdam Doctoribus ita tradita sint, ego tamen minimè censeo quod alicujus criminis, etiam homicidii non dolosi, reus, *carcerem effringens*, & ad Asylum sese conferens, ibidem de jure securam mansionem habere possit, sed eundem ad petitionem Magistratus loci remitti debere, magis est quod censeo. Ideò, si Captivus in Civitate *Tubingensi*, aut *Vracensi*, (patriâ meâ ducissimâ) carcerem effringat, aut si condemnatus ad operas publicas, compedes abjiciat, & ad Reutlingense Asylum confugiat, etiamsi delictum, capitis pœnâ dignum, non commiserit, securitatis tamen beneficio minimè gaudere potest; Sed *Senatus Civitatis Reutlingensis* profugum ad instantiam *Serenissimi Domini nostri* remittere tenetur. Ratio, quoniam quando plures sunt Judices competentes, ille, qui priùs cognoscendo prævenit, remanet Judex cum causæ jurisdictione, ut ille solus procedere debeat. *per text. expressum. in l. ubi acceptum. D. de jud.* Rubin. *decis.* 555. Alvar. Valasc. *decis. Lusit.* 57. Joan. Aloys. Ricc. *decis. collect.* 1569. Quod adeò verum est, ut præventio apud unum Judicem facta, impediat introductionem causæ apud alium, licèt æquè, vel magis competentem, aut superiorem. *per*

cap. plures. X. de offic. de legat. num. 6. Ita, ut Judex secundus hâc oppositâ exceptione litis, apud alium pendentis, causam acceptare non debeat, sed Reum ab instantia absolvere, & actorem ad judicem, coram quo lis pendens est, quasi ibi præventum, remittere. *l. nam posteaquam* 7. *cum d. l. ubi acceptum*.30. *D. de judic. l. cum quadam. D. de jurisdict.* Zanger. *de except. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 3. *& seqq.* Sebast. Vant. *de nullitat. rubr.* 9. *null. sent. ex definit. jurisdict. num.* 162. *& seqq.* latè Joan. Gœdde. *vol.* 4. *consil.* 48. *num.* 67. Litis autem pendentia, seu præventio, per delinquentis capturam, uti citationem realem, inducta est, secundùm ea, quæ tradit Petr. Tonduti, *tract. de prævent. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 42. *&* 44. *ac part.* 2. *cap.* 50. *num.* 11. *&* 12. Cùm etiam per solam personalem citationem, ad judicem emissam, litis pendentia, & ex ea præventio inducta, censeatur. *per cap. proposuisti. X. de for. compet.* Mascard. *de probat. conclus.* 12. 26. *num.* 7. Schrader. *de feudis. part.* 10. *sect.* 1. *num.* 203. Reusner. *lib.* 4. *decis.* 18. *in fin.* Gœddæus *dict. consil.* 48. *num.* 68. Ac quod carcerum effractores in Ecclesia, aut Asylo tuti non sint, quò minùs indè extrahi possint, tradit Petrus Gregorius testaturque Bartholomæus Chassanæus, in *Gallia* frequenter observatum fuisse, ut inviti ab eo extrahantur. Petr. Gregor. Tholosan. *in syntagm. jur. lib.* 33. *cap.* 22. *num.* 2. Chassanæ. *ad Consuetud. Burgund. rubr.* 1. *§.* 5. *num.* 16. Ac ita in supremo Lusitaniæ Senatu, *referente Gamma*, in condemnato ad torturam, & profugo ad Ecclesiam, judicatum fuisse, testatur Don. Anton. de Gamma. *decis.* 281. *per tot.* quàmvis dissentiat Avendan. *de manda. exequut. cap.* 22.

28. *Damnatos ad triremes*, quod attinet, illud perrarò, & non nisi maritimis in civitatibus, quæ Liburnicas (vulgò Gallere) armare solent, accidit. Sed ad *operas publicas*

blicas condemnatos quod attingit, cum illud in noſtro Ducatu quàm frequentiſſimè fieri ſoleat: Hi ſi fugerint, pariter Eccleſiæ, aut Aſyli immunitate defendi nequeunt, quò minùs prehendantur, & ad inſtantiam Magiſtratus loci remittantur, ut ad pœnas, facinori condignas, redeant. *Tùm*, cùm jam damnati fuerint; Eccleſiæ verò, aut Aſylum non damnatos, ſed eos tantùmmodo, qui Judicis ſententiâ nondum damnati ſunt, tueri poſſit. *Tùm* quod condemnati ad tranſtra ſeu remigium, pro publicis ſervis habeantur. Bobadilla. *lib.* 2. *polit. cap.* 14. *num.* 74. Corduba. *ad l. ſi quis à liberis. §. ſed utrum.* 26. *D. de liber. agnoſc.* Atqui tàm legibus, quàm canonibus ſervi ad Eccleſiam confugientes, non poſſunt Domini Imperium excutere, ſed ſolûm immanitatem aliquàm injuſtam evitare, ac poſtmodum ad ſervitia redire tenentur. *cap, denique. diſtinct. per l. ſi ſervus* 3. Ubi Auguſt. Barboſa. *num.* 2. *C. de his, qui ad Eccleſ.* Decian. *de crim. lib.* 6. *c.* 29. *num.* 9. Boër. *deciſ.* 169. *num.* 3. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 9. Borellus ad Bellugam. *in ſpec. Principum. rubr.* 18. *num.* 10. *lit. E.* latè Farinac. *de immunit. Eccleſ. num.* 72. Petr. de Bella pertica. *deciſ.* 455. Niſi conſuetudine receptùm ſit, ut ſervus ad talem civitatem, ſingulari privilegio munitam, confugiat, in qua ſubitò libertatem acquirat, ſicuti ſupra de *Aquitania Civitate Tholoſa* dictum eſt. Ita in terminis condemnati ad triremes Anton. de Gamma *deciſ. Luſitan.* 362. *per tot.* Vincent. de Franchis. *deciſ. Neapol.* 140. Petr. Sarp. *de jur. Aſyl. cap.* 5. *fol. m.* 54. Diſſentit operosè Mar. Giurba. *dict. conſil.* 30. *à num.* 1. *& ſeqq.*

19. De Mercatoribus *Bancofallitis*, ac aliis debitoribus obæratis, nec ſolvendo exiſtentibus, *an & quatenus Eccleſia ac Aſyli immunitate gaudeant*? Non omnium eſt Doctorum concordans ſententia. Quam quæſtionem hac determinatione

natione, (scilicet, an quispiam *proprio vitio* & culpâ, an verò *fortunæ vitio* sua decoxerit nec ne?) resolvi posse censeo. Qui dolosè & per fraudem decoxit, cùm solvendo existens, ast latitat, ut creditores fraudet, ac injustè ditari possit, privilegio immunitatis gaudere non debet. Cum reâpse hoc genus debitorum, species quædam sit publicorum latronum, sicut id *Pii V. Pontificis M.* constitutione declaratum est teste Petr. Sarpi. *dict. tract. cap.* 5. *fol. m.* 50. Quemadmodum enim hujusmodi fraudulenti Bancofalliti beneficium cessionis bonorum non habent, cùm hoc sit miserorum subsidium, non dolosorum præsidium; *per Novell.* 4. *c.* 3. *ibi*: *infelicibus debitoribus auxiliorum.* Secundùm tradita Boër. *decis.* 215. *num.* 7. Ita nec Asylorum privilegio frui possunt, & hanc sententiam tenent post alios Jason. *in l vinum. D. de reb. credit. num.* 5. *in terminis statuti.* Oldrad. *consil.* 54. *per tot.* Boer. *decis.* 215. Farinac. *de Crim. quæst.* 28. *num.* 33. *ibi*: Et rectè quidem meo judicio. Decian. *dict. tract. cap.* 28. *num.* 34. *in fin.*

20. Ac ita in *Hispania*, præsertim in *Regno Granatæ*, usu receptum esse affirmat Episc. Covarruvias. 2. *var. resol. cap.* 20. *num.* 14. latè Stephan. Gratian. *discept.* 380. *num.* 4. *& seqq.* Sarpus *dict. c.* 5. *fol. m.* 50. Leibfrid. *de Asyl. pos.* 12. *lit. C. quæst.* 6. Quam resolutionem inter communes opiniones contra communes refert *Cævallas*, ac insuper tradit: Hoc tenendum est, licèt Judices Ecclesiastici hoc malè admittant, defendendo omni modo Ecclesiæ immunitatem, sive servetur Lex Regni, sive non: cui morbo succurritur per Regias provisiones, quæ quotidie dantur. Hieron. Cævall. *in tract. comm. contra communes. quæst.* 683. *per tot.* Simili quoque modo in *Galliæ Regno* perpetuo *Regis Francisci I.* edicto, & *Anno* 1536. promulgato constitutum est, ut debitores isti profugi à templis & sacris locis, ad quæ confugerint,

gerint; abstrahantur, & in custodiam conjiciantur, ubi graphicè describuntur hujusmodi Bancofalliti his verbis: *Atque ut nequitiam & fraudem tegant, & debiti solutionem differant & protrahant, atque ut à necessitate debitorum in solidum persolvendorum se expediant, exiguam duntaxat eorum partem pendunt, ad Templa, cœmiteria, aliaque loca sacra confugiunt, spe carceris evadendi, evocant creditores suos, aut partem eorum, descriptionem bonorum facientes, cui dum insistitur, dumque inter se disceptant creditores de priore, ac posteriore jure ad hypothecatas obligationes, ac privilegia ipsorum interim per interpositam personam & alias artes facultatibus suis potiendi copiam sibi parant, earum præsentaneam venditionem ac distractionem prohibentes in maximum damnum & detrimentum creditorum, commercii, & reipublicæ, &c.* quod refert formaliter Dan. Sauterius *in tract. de Bancofall. cap.* 28. De Bancofallitis odio dignis & prosequendis vide Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 380. *num.* 1. *& seqq.* Quàmvis dissentiat latè *per cap. inter alia, X. de homicid. l. præsenti.* 6. *C. de his, qui ad Eccles.* Farinac. *tract. de immunit. Eccles. cap.* 3. *num.* 57. *& seqq.* Alexand. Ambrosin. *eod. tract. cap.* 13. *per tot.* Joan. Guttierez. *lib.* 1. *pract. quæst.* 1. *num.* 10. Sanchez. *consil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 8. *num.* 8. & alii, quos longâ serie recitat August. Barbos. *ad l.* 1. *num.* 6. *C. de his, qui ad Eccles.* Ac *ad cap. inter alia,* 6. *num.* 39. *&* 41. *X. de immunit. Eccles.* Dn. Harprecht. *ad* §. 1. *num.* 31. *& seqq. instit. de his, qui sui, vel al. jur.* Ubi hoc pro & contra deducit, Dn. Besold. *in delibat. lib.* 1. *digest. fol. m.* 55. Guazzin. *dict. tract. defens.* 1. *c.* 37. *num.* 50. Dn. Knippschild. *dict. c.* 28. *n.* 29. Mar. Giurba. *consil. decis.* 100. *num.* 17.

21. Majori jure & ratione *debitores tributorum, & administratores patrimonii principalis*, sive ante, sive post redditionem ratiocinii, ad Ecclesiam confugiunt, ab extractione mini-

minimè tuti sunt, nec privilegio immunitatis gaudent, dum publicis latronibus parùm dissimiles sint. *per text. in Novell.* 17. *c.* 7. §. 1. adjectâ ibidem ab *Imperatore Justiniano ratione:* quod fiscalium ratio & militibus, & privatis, ipsisque templis, & cunctæ reipublicæ utilis & necessaria sit. *Novell.* 128. *c.* 13. Oldrad. de Ponte *dict. consil.* 54. *n.* 2. benè Joan. Ignæus. *in l.* 1. *inpr. num.* 56. *D. adsc. syllan.* Petr. Beck. *de jur. sistend cap.* 9. *num.* 54. Matth. Stephan. *ad Novell.* 17. *num.* 8. Petr. Gregor. Tholosan. *in syntagm. lib.* 33. *cap.* 22. *num.* 2. Munnoz. de Escobar. *tract. de ratiocin. c.* 4. *num.* 6. Ubi hoc legibus quoque *Regni Castiliæ* cautum esse tradit Leibfrid. *dict. differt.* 12. *quæst. ult.* quemadmodum senatum ipsum Venetum Anno M. D. LXXXVII. 6. idus Januarii decrevisse attestatur Petr. Sarpus. *de Asyl. cap.* 5. *fol. m.* 52. Hinc legimus, *Henricum II. Gallorum Regem*, per Legatos à S. P. Genevate petiisse, ut quendam peculatûs reum sibi redderent, rogatos verò sæpiùs denegasse: Tandem apud Bernates exemplò Fecialem ad Genevates misisse, ut fugitivum Regi redderent. Sic tandem publicæ pecuniæ depeculatorem à Genevatibus desertum esse, ne vel potentissimi Regis, vel etiam Helvetiorum inimicitias in se excitarent, vel furibus & sceleratis hominibus Asylum aperire viderentur; referente Bodino *de Republi lib.* 3. *cap.* 6. Ab hac sententia dissentiunt. Farinac. *tr. de immunit. Eccles. cap.* 3. *num.* 61. *&* 63. Tiber. Decian. *dict tr. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 26. *&* 27. Capella. Tholos. *decis.* 422. Ambrosin. *dict. tract. cap.* 13. *num.* 2. *in fin.* Guazzin. *de defens. reor. defens.* 1. *cap.* 38. *num.* 46. ubi tradit: Quod hujusmodi tributorum exactores ab Ecclesia quidem non extrahantur, sed *Episcopus* loci curare debeat, ut solvant, aut ut contra eos procedatur ad immissionem, in bonorum possessionem. Et alii infiniti, quos allegat pro more August.

Bar-

Barbosa. *ad cap. inter alia. 6. num.* 40. *X. de immunit. Eccles.* Carol. Eman. Vizzan. *tract. de mandat. Princip. cap.* 7. §. 1. *num.* 3.

22. Sin verò *debitor fortunæ vitio* solvendo esse desierit, nec ab ære alieno sese liberare possit, & vereatur, ne ob æs alienum in carcerem detrudatur, adeòque ob metum vinculorum, in Ecclesiam, vel Asylum confugiat, non dubito, quin debitor hac immunitate gaudeat, quoniam hoc in casu personæ istæ magis commiseratione, quàm carcere, aut compedibus dignæ sunt. *per l. præsenti. 6. in pr. ibi: Exigi quæ ab ipsis debeantur. C. d. h. q. ad Eccl.* Quibus *Imperator Iustinianus* ipse auxiliari voluit, secundùm *Novell. 4. c. 3. ibi: infelicibus debitoribus auxiliamur.* Ac præcipit *in Nov. 32. c. 1.* Quod omnes creditores in casu tàm luctuoso debitoribus suis, humanitatis & pietatis specimen de se præbere debeant, & ut egenorum necessitati, debiti remissione solatium aliquod adferant, quod facit *Novell. 135. c. 1. in princip.* Præsertim, cum aliâs *Imperatores* Christiani per legem Petiliam debitoribus non suâ nequitiâ, sed fortunæ vitio lapsis, concesserint beneficium cessionis, ut carceris situm & squalorem effugiant Mynsing. *de action.* §. 6. *n.* 10. Daniel. Sauter. *de Bancofallit. c. 46. per tot.* Ita hodie in *Civitate Imperiali Francofurtensi Domus ordinis Equitum Teutonicorum dicta in Saxenhausen* mercatoribus ære alieno oppressis securum præbere solet refugium, & permanendi stationem, quo exinde mittere possint literas ad creditores, an parte debiti contenti, cum ipsis transigere velint, nec ne, teste experientiâ quotidianâ & hoc insuper referente Georg. Rittershus. *de Asylis. c. 3. num.* 4. Ita censent nobiscum Abbas Panormit. *in c. inter alia. 6. X. de immunit. Eccles.* Oldrad. *dict. consil.* 54. Covarr. *dict. resolut.* 20. *num.* 14. Harprecht. *ad dict.* §. 1. *num.* 30. *& seqq. Instit. de his, qui sui, vel alie.*

jur. Besold. *in delibat. jur. lib.* 1. *fol.* 55. Leibfrid. *de Asyl. diss.* 12. *lit. E.* Quanquam aliter censeat Albert. de Rosate. *in rubr. C. de his, qui ad Eccles. & de statutis. part.* 1. *quæst.* 39. *Limitant* ii, qui Ecclesiæ immunitatem Bancofallitis aliisve debitoribus dolo obæratis concedunt. *Primò*, in casu quo profugus ab Ecclesiasticis requiritur non ad pœnam, sed ad effectum, ut istius morosi debitoris descriptio bonorum, & confectio inventarii rectiùs suscipi queat: quo casu nulla recusandi causa extractionis superesse censent. *Besold. in delibat. jur. lib.* 1. *tit. de Asyl.* 55. *Limitatur, Secundò,* hæc opinio in casu, quo debitores profugi cum bonis suis, aut maximâ eorum parte ad Ecclesiam, vel Asylum se conferunt, in fraudem creditorum, qui tum publicis latronibus non absimiles censentur, ut meritò ab Ecclesia extrahi possint, juxta *caput. inter alia. X. de immun. Eccles. l. præsent. C. de his, qui ad Eccles.* Joann. Guttierez. *pract. quæst. Civil. lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 13.

CAPUT X.

Quos Jus Asyli non protegat?

SUMMARIA.

1. *Reum dolosum cujusvis facinoris atrocis nulla securant Asyla. Ratio tripartita.*
2. *Sic ante lustra Itali decreverunt; Romani. Galli. Hispani.*
3. *Canonistæ per Constitutionem Gregorii XIV. P. M. dolosis cujusvis generis etiam facinorosis secura quævis loca despondent.*
4. *Innocentius III. P. M. priori renuit. Urbanus adversatur. Marcellinus abhorret. Justinianus Imperator contraria fundat.*
5. *Dolosum homicidam loci securitas non defendit. Sic rentur Lusitani. Galli. Veneti. Itali. Tyrolenses. Constitutum formale,*

6. Pro-

6. *Proditorium & Assassinum homicidum securitas odit. Proditorii homicidii genuina descriptio. Neapolitani arbitrantur homicidium proditorium sub calore amicitiæ factum. Joab proditorius.*

7. *Adversarium amici rixantis occidens asyli jure gaudet. Justus dolor. Primi motus. Clericum necans tutus est.*

8. *Auxiliatores & mandatarii securitate indigni, pari, quâ principales, pœnâ sunt afficiendi. Sic quoque Incendiarii, malefactores tanquam nequissimi eodem jure non gaudent.*

9. *Neque Virginum Raptores asyla securant. Exemplum Helenæ. Æquali pœnâ coercendi sunt. Raptus virginis consensu factus mitigandus.*

10. *Multò minùs adulteris conveniunt asyla. Theodoricus Imperator Gothicus.*

11. *Sic quoque sacrilegum abhorrent secura loca. Statutum Venetorum. Galliarum. Scoti contraria decernunt. Ipsa Constitutio Scotica.*

12. *Fugiunt porrò securitates publicos latrones. Grassatores, agrorum depopulatores* Rechte Mörder und Räuber. *Proditores, & templorum violatores. Grassator sæpiùs attentans non autem perficiens, securus jure Canonum existit.*

13. *Hæreticos & blasphemantes prosequuntur asyla. Ratio priorum. Apostatasque fugiunt. Hæreticum solus non efficit error.*

14. *Sævus Apella nullibi locorum securitatem ambit. Nec infideles Ecclesiastica loca tuentur.*

15. *Contrarians assertio immanibus hisce hoc lustro, uti Civibus Romanis securitates despondet. Rationes hujus positionis.*

16. *Neque secularia asyla Judæos aversantur. Rationes antecedentia corroborantes. Judæi homines ficalini, & ærarii publici quasi spongiæ. Lex Mosaica & peregrinos defendit.*

17. *Ab Ecclesiæ immunitate, tàm divinæ ut venefici, quàm humanæ Majestatis Rei, ut perduelles & seditiosi coercentur. Theodora Justiniani Imperatoris conjugis ardor, Joannes præfectus in Prætorio Perduellis ad Ægyptios deductus.*

18. *Falsæ monetæ fabricatores, & monetæ tonsores cur immunes non existant. Ratio. Publici fures, qui sensim expilant.*

19. Παιδεραστάς, *Sodomitas, locorum securitates infestant. Peccatum contra naturam commis-*

missum, atrox. Clericus Sodomita seculari Curiæ traditur.

20. *Neque jam condemnatum Reum pendente Executione perfugum loci Securitates salvant. Res judicata pro veritate habenda.*

21. *A Biroariis Reus jam captus arte vel fraude erumpens immunitate asyli gaudet. Sanguinem redempturo ignoscunt jura. Cautela.*

22. *Captivum aufugientem asyla non tuentur. Jurisdictio capturam tantùm, sententiam, & supplicium respicit.*

23. *Nullus in Ecclesia sive asylo delinquens, asylis defenditur. Ratio triplex. Jus Saxonum, Suevorum, Reutlingensium.*

24. *Delinquentem in uno asylo, aliud Ecclesiasticum, quò confugit, non attendit. Aliter prophana loca statuunt. Reum Reutlingensem Pfullinga sospitat. Urbs Neomontana cavet.*

25. *Clericum percutiens securitate gaudet. Graviter delinquens Clericus non minùs Laico in securis locis acquiescit. Verba privilegii Reutlingensis.*

Asyli jure & immunitate non gaudet, sed penitus & omnino indignus est cujusvis attrocis facinoris *Reus dolosus*, & qui ex proposito, consilio, & industria deliquit. Quæ conclusio universaliter prolata, reum hunc si ad sacra loca, aut alia Asyla secularia confugerit, ab iis protegi haud posse, imò à Justitia, seu Magistratu, sine Templi aut Asyli violatione extrahi fas esse, probarunt jam olim Petrus de Ravenna, Odofredus, Cynus Pistoriensis, Bella Pertica *& alii, ad l. 2. C. de his, qui ad Eccles. confug.* Bartol. *Consil.* 169. Joan. Ignæus. *ad l. 1. num. 52. D. ad SC. Syllan.* Anton. de Butr. *ad cap. inter alia. X. de immunit. Eccles.* & ibid. Petr. Anchoranus. Angel. de Clavasio. *in summa. verbo. immunitas. vers* 14. Alter Angel. Aretinus. *in tract. de maleficiis. Glossa. Fama publica. quæst. 4. ibi: in omnibus atrocioribus.* Inter modernos Guido Papæ. *decis.* 121. Nicol. Boër. *decis. Burdig.* 109. Petr. Gregor. *in Syntagm. lib. 33. cap. 22.* Guttierez. *lib. 3. part. 2. quæst. 3. num. 3.* Tiber. Decian. *lib.*

6. cap.

6. *cap.* 28. *num.* 20. *in fin.* Martin. Navarr. *in manual. cap.* 25. *num.* 21. Burgos de Paz. *Consil.* 22. *num.* 26. Petr. Sarpus. *de Asyl. cap.* 5. *fol. m.* 55. Quod optimè, quoad *Protectionem* non concedendam, hac conclusione expressit Martinus Magerus: *Omnes immanium delictorum perpetratores, maleficos, criminosos, & atrocium facinorum turpitudine contaminatos, in protectionem recipiendos non esse.* Mager. *de advocat. armat. c.* 8. *num.* 2. post Becht. *de securitat. thes.* 86. Et quidem meritò; per *Rationem* tàm in jure divino, quàm naturali & civili fundatam. *Divina* namque lex vult, ut confuga dolosus non capax sit immunitatis Asyli, sed ab Altari aut loco Asyli avellatur, & tradatur trucidandus, aut ibidem interficiatur, si Asylo cedere nolit. *Exod. cap.* 12. *vers.* 14. *Deuteronom. cap.* 19. *vers.* 12. Exemplum legimus de *Ioabo*, quem *Rex Salomon* coram Altari trucidari jussit. 3. *Regum.* 2. *v.* 28. *& seqq.* Non enim ex domo Domini, & Orationis facienda est spelunca Latronum. *Lucæ.* 19. *vers.* 26. Joan. Ignæus. *ad l.* 1. *num.* 23. *D. ad SC. Syllan.* Lucas Osiander. *in Commentar. super allegata loca.* Amesius *in Casibus conscient. lib.* 5. *c.* 34. *quæst.* 6. *num.* 14. Wilhelm. Boëckel. *in vision. crimin. disquisit.* 5. *posit.* 1. *fol. m.* 98. *Lex civilis* jubet, dolum suum nemini patrocinari, nec alteri nocere debere. *l. electio.* 26. *§. fin. D. de noxal. act.* utpote cum dolus cessare faciat quodcunque privilegium, *arg. l.* 2. *§. sed si. D. ad SC. Vellejan.* Bargal. *de dolo. lib.* 6. *regal.* 37. Leibfrid. *de Asylis. th.* 12. *lit. A.* Præsertim in nostro casu, quoniam facinus illud prævisо commodo, lege indignum facit committentem, *in c. ult. X. de immun. Eccles. l.* 3. *C. de Episcop. aud.* Optimè Joan. Ignæus. *ad l.* 1 *num.* 17. *&* 18. *D. ad SC. Syllan.* Ac secundùm Justinianum, nocentibus confugis non datur à Lege securum refugium, sed læsis: & minùs possibile erit utrumque teneri cautelâ locorum, & lædentem, & læsum. *in No-*

vell. 17. c. 7. *facit. c. 1. X. de homicid.* Boëckel. *dict. posit.* 1. *fol.* 99. Pulchrè Doctor Marta. *de jurisdiction. part.* 2. *cap.* 51. *num.* 14. & 16.

2. Gentiles audi. *Romani* nulli Deo unquam tribuerunt, ut criminis causâ ad aram ejus confugere liceret; *Teste Dione.* Ac præclarè in hanc sententiam disseruit, *C. Cestius Senator Romanus*, apud Tacitum: *à Diis, nisi justas supplicum preces, non audiri, neque quenquam in Capitolium, aliave urbis templa perfugere, ut eo subsidio ad flagitia utatur.* Tacit. *lib.* 3. *annal. c.* 36. Joan. Ignæus. *ad l.* 1. *num.* 17. 18 & 19. *D. ad sc. syllan.* Doctor. Marta. *de jurisdict. part.* 2. *c.* 51. *num.* 2. 4. & *seqq.* Mart. Stephan. *ad Novell.* 17. *num.* 19. Georg. Rittershus. *de asyl. c.* 6. *num.* 17. Besold. *de eadem materia. in delibat. jur. lib.* 1. *fol.* 45. Dn. Knippschild. *de Civit. Imper. lib.* 2. *c.* 28. *num.* 33. Petr. Sarpus. *de asyl. c.* 5. *fol. m.* 45 & 48. Hinc *Antonius Scapia* superiùs traditam conclusionem in universa Italia usu receptam esse affirmat, & præsertim *Romæ* hanc semper observatam esse consuetudinem attestatur, eamque hodie servari tradit Sarpus *dict. c.* 5. *fol. m.* 55. Ac *Prosper Farinacius* testificatur, nunquam se vidisse *Romæ* Ecclesiarum immunitatem usu receptam, nisi in levioribus delictis & debitis, ut vocant, civilibus, antequam Bulla *Pontificis Gregorii XIV.* de immunitate Ecclesiæ supervenerit. Farinac. *in crimin. quæst.* 28. *num.* 74. Idem asserit Julius Clarus. *§ fin. quæst.* 30. *vers. scire debeas.* Ubi additionator *num.* 7. & 8. *Martinus Alzpiqueta* aliàs Doctor *Navarrus* affirmat, nullam omninò Ecclesiam Romæ hac uti immunitate, sed Judices seculares Reos à quavis Ecclesia vi abstrahere, idque à *Pontifice Maximo* permitti, ne Justitia opprimatur, neve publica quies & tranquillitas perturbetur. Martin. Navarr. *in dict. Manual. cap.* 25. *num.* 21. *In Regno Galliæ Titul. de his, qui ad Eccles. confugiunt.* non observatur,

sed

ſed confugientes ad Eccleſiam inde extrahuntur, ſalvo jure redintegrationis, ſi conſtiterit, quod delinquentes Eccleſiæ immunitate digni ſint, teſte Petr. Rebuff. *tom.* 1. *conſtit. Regn. Gall in prœm. conſtit. Gloſſ.* 5. *num.* 40. Idem de *Regno Hiſpaniæ* veretur, ne aliquando ibidem talis conſuetudo introducatur Alphonſ. Azeved. *ad conſtit. Regn. Hiſpaniæ. leg.* 3. *lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 31. Quò facit, quod jam ante ducentos & ſexaginta annos ſcripſit *Petrus Belluga, Valentinus Hiſpanus*, quòd Princeps per forum ſuum poſſit inter ipſos Laicos conſentientes diſponere, ne gaudeant immunitate Eccleſiæ, niſi in tali Eccleſia matrice, in qua jam circa immunitatem hanc multum operatur conſuetudo, ut notat Innocentius *in cap. inter alia. de immunitat. Eccleſ.* Petrus Belluga. *in Specul. Princ. cap.* 18. *num.* 9. Cævallos. *in Specul. commun. opinion. quæſt.* 6. *&* 89. *in fin.* Marta. *de juriſdict. part.* 2. *c.* 51. *num.* 13. *&* 14. Quàmvis hoc negat Mar. Giurba. *conſil. crim.* 50. *num.* 20 *& ſeqq.*

3. Nec audienda eſt maxima *Canoniſtarum cohors*, multò minùs recipienda Conſtitutio Bullæ *Pontificis Gregorii XIV.* Anno 1599. promulgata, quæ cujusvis generis facinoroſis, etiam doloſis, & ad Eccleſiam confugientibus plenam ſecuritatem & immunitatem tribuit; Ac ſolùmmodo excipit *publicos Latrones, Viarum Graſſatores, homicidas in Eccleſia*, vel *proditoriè delinquentes, aſſaſſinos, hæreticos, & Læſæ Majeſtatis Reos*; Cæteros verò omnes, absque diſcrimine, admittit. *per cap. inter alia.* 6. *X. de immunitate Eccleſ. Canon. definit. cauſ.* 17. *quæſt.* 4. *Bulla Gregor. XIV. P. M.* apud Auguſt. Ambroſin. *in ſuo Comment. de immunit. Eccleſ. per tot.* latè Auguſtin. Barboſa *ad dict. cap. inter alia.* 6. *X. de immunit. Eccleſ. per tot.* Carol. Eman. Vizzan. *de mandat. Princip. cap.* 1. *num.* 12. Quod etiam de crimine gravi, imò graviſſimo, aſſerit idem Barboſa *ad l. fideli.* 2. *num.* 8. *C. de his, qui ad Eccleſiam.* Mar. Giurba

con-

concil. decisiv. 39. & 36. *per tot.* Prosper. Farinac. *tract. integro de immunit. Eccles. tom.* 8. *in operibus.*

4. Quoniam hæ constitutiones cum sua bulla Pontificali nullâ ratione vel æquitate nituntur, neque in jure divino, vel naturali, fundatæ sunt, sed dignæ, ut, instar bullæ aquaticæ, difflentur, cùm illæ cujusvis sceleribus contra justitiam, latissimam fenestram aperiant; Quod alii quoque Canones non admittunt: Meminerint *Innocentii III. Pontif. Max.* Canonem; quo tradit, quod licèt Ecclesia in causis viduarum sese favorabilem debeat exhibere, *contra Justitiam tamen non est eis favor Ecclesiasticus concedendus, in cap. nuper.* 6. *in fin. X. de donat. inter vir. & uxor.* Audiant Pontifices, & vestigiis insistant *Papæ Vrbani*, qui ita decernit: *Vbi* apertè Dominus, *vel ejus Apostoli, & eos sequentes, SS. PP. sententionaliter aliquid definierunt, ibi non novam legem Romanus Pontifex dare, sed potiùs, quod prædicatum est, usque ad animam & sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt Apostoli, & Prophetæ, destruere (quod absit) niteretur, non sententiam dare, sed magis errare convinceretur, in Can. sunt quidam.* 6. *caus.* 25. *quæst.* 1. Ubi post alios, quos allegat August. Barbosa, *num.* 2. & 3. Qui sub *num.* 4. scribit: *Quàmvis sint quidam juris interpretes, qui affirment, posse Pontificem in legibus divinis dispensare ex causa: Eorum tamen sententia nullo bono nititur fundamento, nec asserenda est, cum ratio naturalis dictitet; subditum non posse legem superioris, etiam in casu particulari tollere. per cap. inferior. X. de majorit. & obed.* Unde Cyprianus in *Canone. si solus.* 9. *distinct.* 8. Christum solum audiendum esse *scribit*. Ac *Marcellinus* Papa ait: Stare non posse, quod contra Evangelicam, aut Propheticam Doctrinam, seu constitutionem, factum fuerit. *in Can. omne quod. caus.* 25. *quæst.* 1. Audiant Canonistæ *Imperatoris Iustiniani* egregiam rationem in jure natu-

naturali fundatam: *Ideò puniendi sunt tales nocentes, ne desit exemplum, quo homines à peccato deterreantur, cum tutela Templorum auxilium debeat oppressorum esse potiùs, quàm præsidium sceleratorum, in Novell. 17. cap. 7.* Vizzan. *de mandat. Princip. cap. 7. num.* 10. Ac invanum meritò delinquens & facinorosus, legis auxilium implorat, qui in legem & contra legem dolosè quidpiam commisit, *per cap. fin. X. de immunitate Eccles. Novell. 17. cap. 7. ac Novell. 117. cap. ultim.* Cùm domus Domini debeat esse domus orationis. Ægid. Boss. *in oper. tit. de captura. num.* 37. Sarpus. *de Asylis. cap* 5. *fol.* 49. *&* 55. Petr. Greg. *de Republ. lib.* 22. *cap.* 13. Coras. *lib.* 5. *miscellan. cap.* 13. Damhouder. *in prax. crimin. cap.* 10. *numer.* 12. Undè rectissimè in hisce terminis *Petrus de Ferrariis* contra Jus Canonicum invehitur: illud esse ad placitum, & sine ratione, factum, imò contra jus divinum. Petrus de Ferrar. *in pract. tit. de form. inquisit fol.* 244. Knippschild. *dict. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 35. Ritteshus. *de Asyl. cap.* 6. *num.* 19. Guilielm. Boëckel. *disquisit.* 6. *posit.* 1. *fol m.* 100. Ubi tradit: Sed proh! prorsus, superstitio; hodiè aræ, haræ sunt; Phana, prophana; ædes, cædes, & receptaculum nebulonum.

5. Ex quibus jam deductis ad quædam delicta specialiora accedendo infertur, *Primò*; Quod *homicidæ dolosi*, qui consultò, datâ operâ, & ex proposito quempiam occidunt, hôc Asyli immunitate non gaudeant. per *Novell.* 17. *cap.* 7. *cap.* 1. *X. de homicid.* Ludovic. *decis.* 16. *num.* 33. Decian. *in Pr. crimin. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 15. Farinac. *quæst.* 28. *num.* 23. Heig. 2. *quæst.* 24. *num.* 51. *& seqq.* Julius. Clar. *dict. quæst.* 30. Sanchez. *Consil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 27. Leibfrid. *de Asyl. thes.* 12. *lit. B.* Alphons. de Azevedo *ad Constitut. Regni Hispan. lib.* 1. *tit.* 2. *in leg.* 3. *num.* 9. Matta. *de jurisdictione part.* 2. *cap.* 51. *num.* 6. Mager. *de advocat. armat. cap.* 8. *num.*

O 35. &

33. *& seqq.* ubi in terminis protectionis loquitur. Hinc optimè *Ioannes VVamesius* de homicida voluntario scribit: Verius est in manifesta juris tàm civilis (veluti in Novell. 17. *cap.* 4. *§.* 2. *v. quod si, & cap.* 5. *ibi:* Non permittas, privilegiis aliquibus uti nocentes. & *cap.* 7.) quàm Canonici constitutione. *in cap.* 1. *X. de immunit. Eccles.* adeò ut disputationi, & disceptationi nullus ampliùs sit locus: Si enim veteris Testamenti legislatio. *Exod. cap.* 21. Digna visa fuit Pontifici, ut pro Canonica constitutione haberetur. *in cap.* 1. *X. de homicid.* Cur ea non quoque pro jure servanda est? Wames. *Consil. Canon.* 515. *num.* 1. Harpprecht. *ad §.* 1. *num.* 16. *& seq. Instit. de his, qui sui, vel alieni juris.* Ubi contrariis respondet. Et hoc observari in *Lusitania Regno* testatur Martin. Navarr. *in manual. cap.* 25. *num.* 21. Pariter in *Gallia* hanc legem singulari Arresto confirmatam esse, Anno M.D.XXXV. tradit Ioan. Papon. *de arrest. lib.* 1. *tit.* 1. *arrest.* 18. & 20. *Veneti*, Anno M.DC.IX. 8. Idus Februarii Senatus-Consulto statuerunt, hominem Bergomi in Ecclesia detentum, si impetu quodam *raptus, & casu puro* hominem interemerit, Ecclesiæ restituendum esse: Si verò consultò & cogitatò, quod *Itali di caso pensato, & Galli, du sang. froid.* vocant, prehendendum esse, teste Petr. Sarpo. *de Asyl. cap.* 5. *fol.* 49. Hinc optimè in Statuto *Comitatus Tyrolensis* provisum est: Nec Asyla homicidis dolosis pateant, dum ita formaliter constitutum legimus: Wir setzen und ordnen auch/ daß die/ so für betrachtlich/ auffsitzlich/ unbezwungen/ und ohn merckliche Ursachen Todschläge thun/ auch die/ so Friden brechen/oder andere unehrliche/ oder Malefitz-Sachen vollbringen/ nindert in disen unsern Landen gefreyet seyn/noch yendert Freyung haben sollen. Statut. Tyrolens. *lib.* 8. *c.* 58. *fol. m.* 102. *fac.* 2. Quàmvis dissentiat latè Abbas Panorm. *in cap. inter alia, num.* 18. & 20.

& cap. X. de immunit. Eccles. Mar. Giurba. *Consil. decisiv.* 10. *num.* 19. *ac consil* 50. *num.* 17. Barbosa. *ad l* 2. *num.* 8. *C. de his, qui ad Eccles.* quod latissimè per varias authoritates deducit Farinac. *de immunit. Eccles. cap.* 7. *per tot.* Guazzin. *dict. tr. cap.* 37. *numer.* 69. Anton. Diana *in resol. moral. part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 13. Ubi tradit, quod homicida dolosus etiam de jure communi, antiquiori Bulla *Gregorii XIV.* hac immunitate gaudeat.

6. Multò minùs, *Secundò, homicida proditorius*, vel *assassinus*, immunitate Asyli gaudet; quæ resolutio hodie etiam apud Canonistas omni dubitatione caret; secundùm Farinacium *de immunit. Eccles. cap.* 9. *num.* 145. *&* 146. Ambrosin. *eod. tract. cap.* 6. Sanchez. *Consil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 25. Doctor Marta. *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 51. *num.* 21. Mager. *dict. cap.* 8. *num.* 56. latissimè per authoritates Barbos. *ad dict. cap. inter alia.* 6. *num.* 46. Sarpus *dict. tr. cap.* 5. *fol.* 48. Azevedo. *ad dict leg.* 3. *num.* 9. Quàmvis dissentiat Diana *part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 9. *ac tract.* 2. *resol.* 46. Ubi de eo, qui veneno quempiam necavit. Dicitur autem *proditoriè* homicidium commissum esse, quod per insidias, aut à tergo, vel sub specie amicitiæ fit, aut qui alterum venenò necat; Unde definitur proditorium homicidium, cædes hominis nihil tale suspicantis, *arg. l. per insidias.* 4. *C. qui accus. non posse. l.* 4. *D. ad l. Iul. Majest.* Mar. Giurba. *Consil. decis.* 10. *num.* 18. *ac decis. Consil.* 50. *num.* 17. Guazzin. *de reorum defens.* 1. *cap.* 38. *numer.* 40. Qui de *Assassino* varia refert *sub num.* 42. Sanchez. *dict. cap.* 1. *num.* 26. latè Barbosa *ad dictum cap. inter alia. num.* 46. *&* 47. Vincent. de Franchis. *decis.* 713. Qui scribit in *Regno Neopolitano* non intelligi homicidium proditorium, nisi fiat sub colore amicitiæ. Idque latè deducit Alphons. de Azevedo *ad Constitut. Regni Hispan. lib.* 1. *tit.* 2. *ad leg.* 3. *num.* 10.

 & 11.

& 11. Ac quod *Ioab* Dux exercitus *Regis David*, fuerit proditorius homicida, quoniam occiderat Abnerum. *2. Regum 3. cap.* Item Amasam, 2. *Regum 20. cap.* tradit Marta *dict. cap. 51. num. 6.* Anton. Diana. *in resol. moralib. tract. 1. resol. 35.*

7. Quæritur autem; *An is, qui vidit rixantem Amicum, eistatim accurrit, & adversarium occidit, Asyli immunitate gaudeat?* Ac *Gutierez* tale homicidium minimè proditorium esse, scribit; Quoniam bonus Vir, etiam per offensionem amici, læditur, ac difficilimum est, justum dolorem temperare; cùm primi motus non sint in nostra potestate. Joan. Gutierez. *quæst. civil. lib. 1. cap. 2. per tot.* Joan. Aloys. Ricc. *part. 1. decis. 168. num. 2.* Ubi loquitur de amico reconciliato, à *Titio* ex improviso necato. Quæritur porrò, *an occidens Clericum, gaudeat immunitate Ecclesiæ?* quod cum communi opinione asserit Diana *part. 1. tract. 1. resol. 34. & part. 4. tract. 1. resol. 68.*

8. *Auxiliator, mandatarius*, aut qui promissâ, vel acceptâ pecuniâ, quempiam occidunt, Asyli immunitate penitùs indigni judicantur, sed pari pœnâ, quâ principales, afficiendi sunt; Gutierez. *lib. 3. pract. quæst. 7. n. 53.* Guazzin. *d. defens. 2. cap. 38. num. 24.* Gratian. *discept. forens. cap. 598. num. 6.* Quod latè deducit Mar. Giurba *consil. 50. num. 43.* Dissentit Gambacunta *de immunitate Eccles. lib. 5. cap 34. num. 14.* Quod latissimè deducit Sanchez. *consil. moral. lib. 6. cap. 1. Dubit. 9. per tot.* *Incendiarium*, Mordbrenner à securitate & protectione Asyli penitùs, meritòque excludimus, tanquam nequissimum. Damhoud. *in prax. crim. cap. 103. num. 1.* Sarpus *dict. tract. cap. 5. fol. 50.* Leibfrid. *dict. thes. 12. lit. B.* Farinac. *de immunit. Eccles. c. 5. num. 103.* Guazzin *dict. tr. defens. 1. cap. 83. num. 44.*

9. Vir-

9. *Virginum raptores* non gaudere Asyli Immunitate, constitutum *in Novell.* 17. *cap.* 7. De quo delicti genere pulchrum *Helenæ* exemplum refert Herodot. *lib.* 2. *histor.* & ex eo Zuinger. *in theatr. vit. hum. vol.* 3. *lib.* 5. Hi enim cum cæteris æquali pœnâ coërcendi sunt. *per l. inter liberos.* 6. §. *lex. l hac verba.* 12. *D. ad l. Iul. de adult.* Farinac. *quæst.* 28. *num.* 17. *& seqq.* Knippschild. *dict. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 37. Dn. Harprecht. *ad dict.* §. 1. *num.* 48. Qui dissentientium argumenta redarguit. Georg. Rittershus. *de Asyl. c.* 6. *num.* 11. Leibfrid. *de Asyl. th.* 12. *lit. B.* Quàmvis latissimè dissentiat Farinacius, mutatâ sententiâ *in tract. de immunit. Eccles. cap.* 5. *num.* 88. *& seqq.* latè Guazzin. *dict. tr. defens.* 1. *cap.* 37. *num.* 67. Sanchez. *consil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 29. Barbos. *ad cap. inter. alia.* 6. *num.* 53. *X. dict. tit.* Nisi consentiente Virgine, raptus committatur, quo casu pœna à definita lege mitigatur. *per cap. Lex illa. X. de raptoribus.*

10. Raptoribus hisce associandos esse censeo *Adulteros*, dum Lex Julia adulterium, & stuprum quod in Virgine committitur, promiscuè considerat, & æquali pœnâ coërcet. *per l. inter liberas.* 6. §. *Lex l. hac verba.* 12. *D. ad l. Iul. de adulter. dict. Novell.* 17. *cap.* 7. Hujus rei egregium exemplum, & rescriptum *Gothorum Regis Theodorici* ad Provinum extat apud Cassiodor. *lib.* 2. *varior. rescripto.* 11. Rittershus. *de Asyl. cap.* 6. *num.* 11. Vizzan. *de mandat. princip. cap.* 7. *n.* 10. Knippschild. *dict. cap.* 28. *num.* 38. Quod latè examinat, & contraria argumenta resolvit Harprecht. *ad dict.* §. 1. *num.* 46. Quàmvis latè contra disputet *Antonius Diana*, (*aliàs dictus Doctor qui tollit peccata Mundi*) strenuus facinorosorum propugnator, & indefessus sceleratorum advocatus *in part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 26. *quæst.* 7, Idque de consuetudine observari tradit Guazzin. *in dict. c.* 37. *n.* 68. Farin. *dict.*

tract. c. 5. n. 88. Barbosa *ad dict. cap. inter alia. n. 53. X. de imm. Eccl.* Layman. *in theolog Morali lib. 4. tract. 9. c. 3. sub num. 9.*

11. *Sacrilegus* Asyli immunitate minimè gaudet. Guazzin. *Defens.* 1. *c.* 83. *n.* 10. *Fures* quoque ad conservandam tranquillitatem publicam meritò à securitate Asyli excludimus: secundùm ea, quæ latiùs tradit Dn. Harprecht. *ad dict. §. 1. num. 26. & seqq. Instit. de his, qui sui: vel alien. juris.* Covarr. 2. *var. resol. cap.* 20. *num.* 3. *v.* 19. Marta. *de jurisdict. part.* 2. *c.* 51. *num.* 23. Knipschild. *dict. c.* 18. *num.* 39. Id quòd in statu quoque *Veneto* observari tradit Petr. Sarpus *de Asylis. c. 5. fol.* 51. Idem juris & moris esse *in Gallia* deducit & variis præjudiciis confirmat Petr. Rebuff. *ad Constit. Regn. Galliæ. tom. 2. tract. de immun. Eccles. Gloss. 2. num. 1. & 2.* Per *rationem* quam refert *Ignæus*: quoniam Gallia abundat copiâ furum. Joan. Ignæus. *in l. 1. §. si sibi manus. num. 127. D. ad SC. Syllan.* Guazzin. *dict. loco. num.* 16. Quàmvis latè dissentiat Farinac. *dict. tract. cap. 5. num. 93. & 94.* Jul. Clar. *§. fin. quæst. 30. num. 14.* Decian. *lib. 6. de crim. cap. 28. num. 4.* Guazzin. *de reor. defens. 1. cap. 37. num. 59.* Anton. Diana. *part. 6. tract. 1. resol. 9.* Addit ad Angel. *de malefic. verb. quod fama. num. 59. lit. B.* Imò hanc immunitatem *Farinacius* cum suis Asseclis, peculatoribus quoque attribuit *in tract. de immunitat. cap. 5. num. 97.* Vide tamen Cavalcan. *in decis. part. 1. in Indice. verb. Iudex Eccles. num. 2. & seqq.* Contra Guazzin. *dict. tract. defens. 1. cap. 38. num. 45.* De raptoribus, & furibus confugientibus ad Ecclesiam, aliter in *Regni Scotiæ constitutionibus* definitum est: Nimirum si raptor aut fur ad Ecclesiam confugiens pœnittendo confiteatur, ibidem, se graviter deliquisse, & pro amore Dei ejus domum pro salute sua quæsivisse; Pacem habeat hoc modo; *Scilicet*, quod nec vitam, nec membra amittat: Sed quæ ab aliquo injustè abstulit,

ſtulit, tantùm reſtituat, & ſecundùm legem Patriæ, Domino Regi emendam faciat; Atque ſuper textum Evangelii juret, quod de cætero nunquam rapinam, aut furtum faciet. Quod ſi Domino Regi debitum dare nequiverit; cætera præfata perimpleat, & in eadem pace extra patriam pergat, donec Domino Regi reconcilietur. Sunt verba Statuti *Regis Scotiæ Alexandri II.* apud Joan. Skenæum. *in Conſtitut. Regn. Scot. rubr. ſtatuta Alexandri. 2. cap. 6. num.* 1. 2. *&* 3.

12. *Latrones publici, graſſatores, depopulatores agrorum*, **rechte Mörder und Räuber**) *proditores, & templorum violatores*, hoc Aſyli privilegio, & Eccleſiæ immunitate non gaudent; Et in hiſce facinoroſis conſentiunt Canoniſtæ ferè omnes, præſertim propter Bullam *Gregorii XIV. P. M* in qua horum criminum Rei ab Eccleſiæ ſecuritate penitus arcentur. Farinac. *dict. quæſt.* 28. *num.* 16. 23. *&* 30. *ac tract. de immun. Eccleſ. cap.* 8. 9. 10. *& ſeqq. per tot.* Ambroſin. *eodem tract. cap.* 7. *& ſeqq. per tot.* Auguſt. Barboſa. *ad dict. cap. inter alia. num.* 44. *& ſeqq. X. de immunit. Eccleſ.* Ubi deducit quis ſit proditor vel Aſſaſſinus, & hoc cum Marta *dict. tract. cap.* 51. *num.* 23. Guazzin. *dict. tract. defenſ.* 1. *cap.* 38. *num.* 35. *& ſeqq.* Sarpus. *de Aſyl. cap.* 5. *fol.* 50. Mar. Giurba. *Conſil.* 50. *num.* 27. Ubi nihil intereſſe tradit, inter graſſatorem *Terra*, vel *Mari*, ſecundùm Alciat. *conſil.* 11. Sed utrumque debere remitti ad Judicem ſecularem, cujus juriſdictionis eſt Territorium mari cohærens. *per l.* 1. *ubi.* Rebuffus. *C. de claſſic. lib.* 11. Quod benè in terminis protectionis deducit Mager. *dict. cap.* 8. *num.* 39. 42. *&* 49. *& ſeqq.* vide latè Giurbam. *dict. conſil.* 50. *num.* 29. *&* 30. De graſſatore, & viarum obſeſſore, quæritur, *an hac immunitate Aſyli privandus ſit is, qui delictum attentaverit, non autem perfecerit?* Diſtinguit *Giurba*, inter eum, qui

ſemel,

semel, & eum, qui sæpiùs attentaverit. Ac in hisce duobus casibus, secundùm jus Canonicum, criminis reum nihilominus gaudere Ecclesiæ immunitate tradit Farinac. *de immun. Eccles. cap.* 10. *num.* 145. post alios allegatus à Mar. Giurba *dict. consil.* 50. *quæst.* 6. *n.* 33. Guazzin. *de defens. rei defens.* 2. *cap.* 38. *num.* 33. *&* 34. Lud. à Peguera. *decis.* 40. Ambrosin. *dict. tract. cap.* 3. *num.* 6. Anton. Diana. *part.* 1. *resol.* 18. Quàmvis dissentiat Farinacius sibi contrarius. *quæst.* 28. *num.* 45.

13. *Hæretici & blasphematores* non gaudent Ecclesiæ immunitate, nec etiam in seculari Asylo tuti erunt; Idque per hanc *rationem:* Quoniam Ecclesia non debet præstare auxilium, & patrocinium ei, qui semper nititur eam impugnare. *Can. displicuit. caus.* 23. *quæst.* 4. Non enim debet ex eo quis fructum capere, quod nixus est impugnare. *per cap. non debet. X. de Reg. jur.* 6. Ambrosin. *dict. tract. cap.* 8. *per tot.* latè pro more Farinac. *dict. tract. de immunitat. cap.* 13. *num.* 137. Sarp. *de Asylis. cap.* 1. *fol.* 23. Stephan. Guazzin. *de Reor. defens.* 1. *cap.* 38. *num.* 5. *& seq.* August. Barbos. *ad dict. cap. inter alia. num.* 8. *&* 51. Peregrin. *de immun. cap.* 12. *num.* 16. Amplificè hoc in terminis denegandæ protectionis deducit Mager. *dict. cap.* 8. *num.* 195. *& seqq.* Aliud de Aug. Confessioni addictis vide *ibidem sub. num.* 338. *& seqq.* Dissentit, quoad blasphematores, & apostatas, Farinac. *dict cap.* 13. *num.* 175. Anton. Diana. *part.* 1. *resol. moral. tract.* 1. *resolut.* 23. *ac part.* 4. *tract.* 1. *resolut.* 51. Aliud dicendum erit de eo, qui in *aliquo fidei Articulo* dissentit, quoniam nec solus error facit hæreticum. *Cap. dixit. caus.* 24. *quæst.* 3. Rittershus. *cap.* 6. *num.* 6. Leibfrid. *dict. loco. thes.* 14. *lit. E.* Mager. *dict. cap.* 8. *n.* 329. *& seqq. Qui pro & contra, disputat.*

14. *Iudæi*

14. De *Iudæis* quæritur, & disputatur, *An ii gaudeant jure & privilegio Ecclesiæ immunitatis?* Sanè plurimi tam ex Canonistis, quàm Juris-Consultis hoc *negant. per text. in l. 1. C. de his, qui ad Eccles. confug.* Quod pro & contra, pluribus deducit Harprecht. *ad §. num* 68. *& seqq. Instit. de his, qui sui vel alien. jur.* Adeò, ut hanc assertionem inter Doctorum communem opinionem recenseat Jul. Clarus *§. fin. quæst.* 30. *num.* 17. Quibus assentiunt Decian. *lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 2. Guttierez. *lib.* 3. *pract. quæst.* 7. *num.* 51. Marquard. de Susannis *tract. de Iudæis part.* 1. *c.* 8. Latissimè Farinac. *dict. tract. cap.* 5. *per tot.* Marta *de jurisdict. part.* 2. *cap* 52. *num.* 32. Sanchez *Consil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 8. *num.* 3. De infidelibus in genere loquendo consentit Guazzin. *de defens. reor. defens.* 1. *cap.* 38. *num.* 1. *& seqq.* Sarpus *de asylis. cap.* 5. *fol.* 58. Mager. *de advocat. armat. cap.* 8. *num.* 238. Contrarium *sub num.* 246. *& seqq.* Dn. Knipschild. *libr.* 2. *cap.* 28. *numer.* 43. Idque hac juris ratione; beneficia enim juris Canonici, & quæ Christianis, quatenus Christianis, competunt, Judæis omnino non competere, indubitatum est secundùm tradita Martin. Beneckendorff. *ad Seraphin. de Seraphin. tract. de privileg. jurament. c.* 48. *num.* 24. Ideò cùm immunitas hæc Ecclesiarum Christianis specialiter sit attributa, ut patrato aliquo facinore, ad Ecclesiam confugientes, exinde per vim extrahi non possint. *per Can. diffinitiv. Can. miror. caus.* 17. *quæst.* 4. *Novell.* 17. *cap.* 7. Capella Tholos. *decis.* 423. *ibid.* Steph. Aufrer. *in addit. num.* 1. *& seqq.* Judæi igitur hujus immunitatis omnino capaces non sunt. Æquum enim non est; imò absurdum potiùs, ut ii, qui infensissimi sunt inimici, & hostes Christiani nominis, Ecclesiarum earum immunitate gaudeant. Ita censent præter supra allegatos, Doctor Marta *de jurisdict. part.* 2. *Varior. resolut.*

cap. 51. *num.* 32. Nicol. Boër. *decis. Burdegal.* 110. *num.* 4. *& seqq.* Didac. Covar. *lib.* 2. *var. resolut. cap.* 20. *num.* 11. Jul. Clar. *recept. sent.* §. *final. quæst.* 30. *num.* 17. latè Farinac. *de immunit. Eccles. cap.* 5. *per tot.* Marquard. de Susan. *tract. de Iudæis. part.* 1. *cap.* 8. *per tot.* Helfr. Ulr. Hun. *tract. de Iudæis. cap.* 10. *num.* 161.

15. Attamen *contrariam sententiam*, & quòd Judæi delinquentes ad Ecclesiam confugiendo, ejusdem immunitate *gaudeant*, non minoris authoritatis Juris-Consulti & Canonistæ tradunt; Idque ex hac Magistrali ratione; Quoniam Ecclesiæ immunitas non principaliter delinquentibus, sed ipsi Ecclesiæ *ob Dei reverentiam & honorem*, ac ob charitatem, & pietatem proximi, concessa est. *per caput, inter alia. cap. minor. cap. frater. X. de immun. Eccles.* Joan. Aloys. Ricc. *var. resol.* 42. *in fin.* Unde qualiscunque delinquens accurrat ad Ecclesiam, non respicitur ad illum, sed magis ad reverentiam loci. Ita Sylvester *in summa verb. immunitas.* 3. *n.* 2. Tiraq. *de jur. primogen. quæst.* 65. *n.* 8. Marta *de jurisdict. part.* 4. *cas.* 176. *n.* 6. Cævall. *in tract. commun. opin. quæst.* 269. Ubi hanc opinionem inter communiorem recenset Correa *tract. de immun. Eccles. part.* 3. *cap.* 3. Anton. Diana *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 50. *ac part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 13. Ubi tradit, quod Privilegia Asyli & Ecclesiæ concedantur personis ob reverentiam & sanctitatem loci, non loco, propter personas. Infinitos insuper allegat Aug. Barbos. *ad dict. cap. inter alia.* 6. *n.* 50. *X. de immun. Eccles.* Qui ita Romæ in S. congregatione *Cardinalium* controversis jurisdictionalibus *Anno* 1631. decisum fuisse attestatur. Quam opinionem ii, qui decisiones Cardinalium instar *decreti Prætoris*, agnoscunt, sequuntur & observant. Quibus assentiunt ulteriùs Carol. Maranta *part.* 2. *respon.* 51.

num.

num. 3. ac Anton. Diana *part.* 4. *tract.* 1. *resol* 50. *& part* 5. *tract.* 1 *resol* 2. *& part* 6. *tract.* 1. *resol.* 23. ubi late Sarpum refutat Georg. Rittershus. *de Asyl. cap.* 6. *num.* 2. Christoph. Leibfrid. *de Asyl th.* 13. *lit. B.* In terminis concedendæ protectionis Mager. *dict. cap.* 8. *num.* 220. *& pl seqq.*

16. Alia insurgit difficultas *de Iudæis*, circa *Asyla secularia*; *An & ii ob delicta commissa illuc confugientes, securitatem habeant?* Ac consequenter an Judæus homicida culposus, ad Reutlingense Asylum se conferens, tutum permanendi locum ibidem habere possit? Sanè Judæum hunc ab ista immunitate vix excludi posse censeo. *Tum, Primò,* siquidem pro regula traditur: Quæcunque privilegia Civibus Imperii, ut Civibus Imperii, concessa & attributa sunt, ea quoque Iudæis indulta esse censendum. Marc. Anton. Natta *Consil.* 620. *num.* 8. *tom.* 3. Roland. à Valle *Consil.* 35. *num.* 31. *vol.* 2. Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *tit. de legib. resol.* 3. *num.* 6. Asinius *in prax. judic. part.* 1. *d.* 4. *cap.* 7. *num.* 3. *Tum, Secundò,* quòd Judæi hodie, in multis Imperii Romani Provinciis ex singulari Imperatoris concessione, & speciali ipsorum Statuum Imperii receptione, securè & tutò ad exemplum aliorum civium vivant, & inter Imperii cives Romanos recepti sint: Ipsis ergò Asylorum à summo imprimis Principe constitutorum privilegia denegari non possunt? Quoniam Judæi Romanorum jure vivunt, & cum Christianis liberrimè commercia exercere possunt. *arg. l. Iudæi.* 8. *C. de judæis, & cœlicol.* Subjiciuntur legibus civilibus, ac præsertim legibus & Statutis locorum, in quibus degunt. *arg. cap. gaudemus. ubi Canonistæ. X. de divort.* Unde dicuntur de corpore civitatis, in qua domicilium habent. Bursat. *Consil.* 152. *num.* 68. Horat. Carpan. *ad statut. Mediol. part.* 1. *num.* 56. Azevedo *in Recapit. lib.* 8. *tit.* 6. *numer.* 85.

mer. 85. Utuntur commodis & privilegiis civium Imperii. Casp. Klock. *de ærario. lib.* 2. *c.* 62. *num.* 56. & 61. Vivunt item sub speciali Imperatoris protectione. Policey-Ordnung. de *Anno* 1548. *Tit.* von den Juden ac R. A. *de Anno* 1577. *tit.* 20. §. demnach. Unde speculum Suevicum dicit: Juden seynd allezeit und allenthalben im Friden. Schwabensp. *cap.* 194. *lib.* 1. Qui etiam olim tanquam homines ficalini, & ærarii publici spongiæ quasi, Käyserliche Cammer-Knecht genennt worden. Et hodie adhucdum S. Cæsareæ Majestati certam Imperialem collectam, eine Jährliche Opffer-Stewr: solvere obligati sunt. Mynsinger. *cent.* 5. *observ.* 8. Wehner. *in observat. verb.* Juden Gylman. *in Symphoremat. tom.* 6. *fol.* 198. & 355. Also seynd die Juden Käyserliche Cammer-Knecht / deren der Käyser selbst: und auff sein Abfahrt auß Teutschland / der Bischoff von Máintz / als Reichs-Cantzler gepflogen. Schwabenspiegel. *lib.* 1 *cap.* 24. §. 3. *fol.* 37. Daniel Heider. *in discurs.* von Reichs-Vogteyen. *lit. SSS.* Quandoque Imperatores ipsis Judæis peculiarem Judicem constituerunt, eosque, in particularem hujus aut illius Principis aut Comitis Imperii protectionem commiserunt; sicuti Imperator *Fridericus III. Anno* 1471. singulari rescripto seu Mandato *Vdalrico Comiti de VVirtemberg*, Judæos in Diœcesi *Moguntina, Trevirensi, Salisburgensi & Bisuntina* habitantes in specialem protectionem & jurisdictionem tradidit. Also ist über die Juden der Graf Vlrich zu Würtemberg Reichs-Richter gewesen. Käyser Fridrichs Mandat, ad Grafen zu Wirtemberg; ibid. zu unsern und dein Schutz / Schirm und Frid empfahest. & *per tot. epist.* Goldast. in Reichs-Satzungen. *fol. m.* 186. *tom.* 1. Id quod à ratione legis Mosaicæ non alienum est, siquidem & olim in Republica Hebræorum, Refugii civitates tàm peregri-

regrinis quàm civibus patebant; Numer. *cap.* 35. *verſ.* 15. Sanè hoc annotandum eſt, quòd ſi Judæus poſt perpetratum delictum *S. Baptiſma* petat, præſumptio militet contra eum, adeò, ut hanc petitionem ſimulatam eſſe, meritò cenſendum ſit. Secundùm Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap.* 8. *num.* 8. *fol. mihi* 63. Farinac. *eod. tract. cap.* 5. *num.* 83. Marta *dict. cap.* 51. *num.* 33. Sarpus *dict. cap.* 5. *fol. m.* 59. Diana *dict. reſol.* 50.

17. *Rei criminis læſa Majeſtatis*, tàm divinæ, veluti venefici, quàm humanæ ut *perduelles & ſeditioſi* ab immunitate Eccleſiæ, & Aſyli, meritò arcentur. Joan. Ignæus *ad l.* 1. *num.* 42. *&* 57. *D. ad SC. Syllan.* Decian. *lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 6. Farinac. *dict. tract. cap.* 14. *num.* 129. Ambroſin. *eodem tract. cap.* 9. *num.* 5. Guazz. *dict. tract. defenſ.* 1. *cap.* 38. *num.* 31. *cum dicta ratione ibidem.* Et hoc per *Bullam Gregorii XIV. P. M.* ubi expreſſè rei criminis læſæ Majeſtatis excipiuntur. Vizzan. *de mandat. Princip. cap.* 7. *num.* 12. ubi crimina excepta refert: Adjectâ hac ratione, maxima enim foret iniquitas, ſi ob leviora delicta liceret reos ab Eccleſia abſtrahere, ad pœnam condignam; ob majora verò, imò, ſi mentis acies intendatur, omnium maxima, dum reſpublica læditur, & optimum regimen concutitur, non liceret. Petr. Sarpus *de Aſylis. cap.* 5. *fol.* 52. Unde de *Theodora Imperatoris Iuſtiniani* conjuge legimus, quod cùm animadvertiſſet, Joannem Præfectum in Prætorio ad res novas moliendas, & ad regnum invadendum adjeciſſe animum, hac re communicatâ cum Antonia Belliſarii fortiſſimi Ducis conjuge, inſidias ei ſtruxit: unde factum ut caperetur, etiamſi in Eccleſiam ſeu monaſterium quoddam ſuburbanum profugiſſet, ac vinctus abduceretur in Ægyptum; quod ex *Procopio* refert Conr. Rittershuſ. *in proleg.*

Novell. cap. 2. fol. 20. Consentit quoque filius ejus Georgius Rittershus. *de Asylis. cap.* 6. *num.* 15. Leibfrid. *ead. differt. thes.* 12 *lit. B in fin.* optimè in terminis protectionis Mart. Mager. *de advocat. armat. cap.* 8. *num.* 19. *& seqq.* Quàmvis *dissentiat* quoad principes, superiorem recognoscentes Farinac. *dict. tract. cap.* 14. *num.* 187. August. Barbosa *ad dict. cap. inter alia.* 6. *num.* 10. *X. de immun. Eccles.* Diana *in resol. moral. part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 6.

18. Nec *Fabricatores* falsæ monetæ, nec *Tonsores* monetæ, hanc Asyli immunitatem habere possunt; tùm, quia hoc delictum est species Læsæ Majestatis, nam qui absque privilegio legitimè acquisito monetam formaverit, in crimen læsæ Majestatis incurrit *per l.* 2. *ibi*: *Majestatis crimen. C. de falsa monet.* Reichs-Abschied. *de Anno* 1559. §. **wir ordnen.** Tiber. Decian. *de crimin. lib.* 7. *cap.* 27. *n.* 1. Dn. Bocer. *de jur. monet. cap.* 5. *num.* 1. *&* 3. Reichs-Abschied. *de Anno* 1551. §. darzu daß sich. tùm, quod hujusmodi criminis rei sint *publici fures*, qui, quod in eis est, humanam societatem destruunt, cunctosque sine discrimine sensim expilant. ita Petr. Sarp. *de Asyl. cap.* 5. *fol. m.* 52. quem sequitur Leibfrid. *dict. differt. th.* 12. *lit. B.* Quàmvis dissentiat Farinac. *dict tract. cap.* 6. *num.* 29 Guttierez. *lib.* 3. *tract. quæst.* 4. Diana *part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 31. *circa finem.* Giurba *consil.* 30. *num.* 6.

19. Reus nefandi criminis *Sodomiæ* penitùs ab Asylo, & omnibus immunitatibus meritò excluditur. *Rationem* addit *Correa*; quoniam in gravissimis delictis, & in quibus continetur atrocitas, & abominatio, Ecclesia nemini debet patrocinari, hinc alia quoque peccata, contra naturam commissa, immunitate non gaudebunt. Ludov. Correa *de immunit. Eccles. part.* 3. *num.* 40. *quæst.* 17. Phoebus.

bus *decis. Lusitan.* 81. *num.* 7. *tom.* 1. Salzedo. *ad prax. Canon. Dia. de cap.* 86. Unde *Pontifex Sixtus V.* in constitutione contra Sodomiam, *Clericos* Sodomitas curiæ seculari tradendos & puniendos esse: statuit teste Mar. Itala *de immun. Eccles. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 3. Franc. del Castillo *part.* 2. *decis.* 155. Quàmvis dissentiat sed malè Farinac. *eod. tr. cap.* 6. *num.* 98. Mar. Giurba. *consil.* 109. *num.* 15. *ac consil.* 30. *num.* 7. latè Anton. Diana *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 45. *ac part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 26. *quæst.* 5. Barbosa *ad cap. inter alia.* 6. *num.* 6. *X. dict. tit.* Qui omnes hac inani nituntur ratione, quod Sodomiæ crimen in Bulla *Gregorii XIV.* inter excepta crimina non sit relatum Carol. Matant. *part.* 2. *controvers.* 36. *num.* 22. Sanchez. *consil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dubit.* 10. *per tot.*

20. *Homicida*, aut alterius criminis reus jam *condemnatus*, pendente tamen executione, ad Asylum vel Ecclesiam confugiens, immunitatem suâ fugâ non acquirit; Nulla enim Lex, sive civilis, sive criminalis, Asylorum immunitate protegit eum, quem sententia Judicis jam condemnavit, sed eos tantùm quos justitia persequitur, antequam sententiam ferat: Nam res judicata pro veritate habetur. *l. ingenuum.* 25. *de stat. homi.* ideò subitæ executioni mandanda est *l. cum reis. C. de pœnis.* Petr. Sarp. *de Asyl. cap.* 5. *fol.* 25. Rittershus. *eod. tract. cap.* 6. *num.* 14. Leibfrid. *dict. dissert. thes.* 13. *lit. E.* Undè facillimè fluit decisio quæstionis; *An condemnatus ad mortem, si ipsâ nocte ante determinatum executionis diem, carcerem effringat, & in agrum Reutlingensem auffugiat, vel dum à carnifice ad supplicium ducitur, si sese vinculis eximat, & in Ecclesiam se recipiat, securitate Asyli gaudeat?* Huncenim mox Judici restituendum esse, ut decreta executio fiat, justum & æquum esse

censeo.

censeo. Ne ritè condemnatus, melioris esset conditionis, quàm nondum captus. Covarr. *lib. 2. var. resol. cap. 20. num. 6.* Georg. Rittershus. *dict. tract. cap. 2. num. 3.* Leibfrid. *dict. thes. 13. lit. E.* Sarpus *dict. cap. 5. num. 53. & 54.* Dn. Knipschild. *lib. 2. de civit. Imper. cap. 28. num. 44.* Doctor Marta *de jurisdict. part. 2. cap. 51. num. 17.* Ubi dicit: quod Ecclesia defendat reum de pœna imponenda, non verò de pœna imposita; Quàmvis *dissentiant* post allegatos Farinac. *de carcer. quæst. 28. num. 44. in fin.* Decian. *lib. 6. cap. 28. num. 20.* Guazzin. *dict. tract. defens. 1. cap. 37. num. 41.* latè Mar. Giurba *consil. 30. num. 21. & 23.* Idque per rationes deducit Dn. Harprecht. *ad dict. §. 1. num. 57. Instit. de his, qui sui, vel al. jur.*

21. Quid dicendum est, *de eo, qui jam captus à Biroariis, seu lictoribus, ast arte, vel fraude è familia Iudicis evasit?* sicuti elegantem in hac materia casum recenset, & latè examinat Joan. Wames. *consil. canon. 516. per tot. in tom. 2.* Et hæc quæstio facilimè in nostro Ducatu accidere potest, quoniam *Civitas Reutlingensis* cum territorio privilegiato in meditullio agri Wirtembergici sita est; Et hunc ibidem tutum refugium consequi & habere debere, ac à Domino Asyli jure protegi posse censetur. Quoniam Lictorum prehensio, vel exemptio per se, neminem Asyli privilegio indignum reddere debet; Cum meritò jura ignoscant ei, qui quocunque modo sanguinem suum, & qualiter, qualiter, redimere voluit *per text. elegant. in l. 1. ibi: qualiter, qualiter. D. de bonis. eor. qui ante sent. mort. sibi consc.* Quo facit ratio à *Proculo* allata *in l. in laqueum 55. D. de acqr. rer. domin. Quod si* (captivus) *in meam potestatem venit meus est? Ideò quam diu nondum reus venit, sed interim aufugit, meus nondum esse censetur*, Proinde enim Ec-

clesia

clesiæ fugientem liberum recipit, liberum etiam custodit, *per cap. inter X. de immun. Eccles. l. 2. verb. fugientes. C. de his, qui ad Eccles.* Ita tradunt Joan. Ignæus, *ad l. 1. num. 4. D. ad SC. Syllan fol. m. 8.* Covarr. *dict. c. 20. num. 13. vers. 17. & seqq.* Farinac. *de immun. Eccl. c. 15. n. 196.* Erasmus à Cockier. *de jurisdict. in exempt. part. 4. quæst. 65. num. 6.* Leibfrid. *dict. thes. 13. lit. E. quæst. 2.* Guazzin. *dict. tract. defens. 1. cap. 37. num. 40. & 43.* Proinde caveant præfecti nostri Ducatus Wirtembergici, qui circum circa territorium *Reutlingense* officiis præsunt, ut captivos è pagis in Civitates ducentes optimè & sollicitè custodiant, in ipso ducendi actu, ne per negligentiam custodum evadant, ac ad Territorium Asyli Reutlingense confugiant: Vix enim est, ut capto profugo à prosequentibus in alieno territorio, reum abducere possint; Secundùm tradita Alphons. de Azevedo *in Constitut. Regn. Hispan. l. 1. tit. 2. ad leg. 3. num. 6.* Dissentientium rationes vide apud Joan. Wames. *dict. consil. 516. tom. 2.* Qui post longam disputationem quæstionem hanc dubiam & perplexam suadet, ut amicabili compositione sopiatur.

22. Quæritur ulterius; *An is, qui captivus per locum Asyli aut cœmiterium ducitur, hanc immunitatem invocare possit, ut Magistratus loci eundem liberet?* Ad quam quæstionem *negativè* respondeo. Quemadmodum enim reus hujusmodi criminis Asylum vel cœmiterium liber non ingreditur, ita ab eodem invitus abducitur *per text. in l. si quis. 6. ibi: Quamvis per muros, vel etiam per mediam Civitatem eos transferri necesse sit. C. de ædific. privat.* Ac sicuti Ecclesia hunc reum liberum non recipit, dum à familia Magistratus, hoc est, ab apparitoribus captivus detinetur: Ita Ecclesia, aut jus Asyli habens, eundem in eo statu conservare

debet, in quo reperitur. *per cap. sicut antiquitus. caus. 17. quæst. 4.* Hostiensis & Joan. Andr. *in cap. un. in fin. X. de obligat. ad ratific.* Nec audiri debet *delinquens*, si in alterius Territorio existens ad jus provocet, & Magistratum Asyli, v. g. civitatis Reutlingensis invocet, ut immunitatem Asyli ei attribuat. Nam ibi judicium finiri debet, ubi cœptum est. *l. ubi cœptum. D. de Iudic.* Nec dici potest in jurisdictione turbari eum, cujus territorium hac ratione transitur; Nam in jurisdictione tantùm captura, sententia, & supplicium inspicitur; intermedii autem actus negliguntur. Wehner. *Consil. Francon. 92. à princip.* Reinking. *lib. 2. Class. 2.* Besold. *de jur. territ. cap. 3. num. 4. fol. m. 274. in opere polit.* Ita tradunt in terminis Joan. Ignæus *ad l. 1. n. 5. D. ad SC Syllan. fol. m. 8.* Covarr. *2. var. resol. cap. 20. num. 13.* Oldrad. *Consil. 54. num. 4.* Boër. *decis. 110. num. 8.* Marta *de jurisdict. part 2. cap. 51. num. 17.* Decian. *lib. 6. crimin. cap. 28. num. 30.* Post plures alios Farinac. *dict. tract. cap. 15. num. 201.* Guazzin. *dict. tract. cap. 37. num. 45.* Sanchez. *Consil. moral. lib. 6. cap. 1. num. 9.* In terminis Asyli secularis Leibfrid. *dict. thes. 13. lit. E quæst. 2.* Quàmvis dissentiat Jul. Clar. *§. fin. quæst. 36. vers Scias autem.* Quod latè defendit Erasmus à Chockier *de jurisdict. in exempt. part. 4. quæst. 98. num. 1.* Franc. Marc. *decis. 994.*

23. Universaliter omnes, qui in *Ecclesia*, aut *Asylo* deliquerunt, ejusdem immunitate non gaudent. *per text. in cap immunitatem. fin. num. 6.* Ubi Augusl. Barbos. *X. de immun. Eccles.* Covarr. *2. V. R. cap. 20. num. 15.* Clarus *dict. quæst. 30 num. 15.* Quod latè pro more deducit Farinac. *dict. tract. cap. 16. per tot.* Steph. Guazzin. *de defens. reor. defens. 1. cap. 38. num. 12. & seqq.* Ubi varios casus recenset. Idque ex *triplici* ratione. *Tum, Primò*, quòd frustra legis

auxi-

auxilium implorat is, qui in legem committit. *per l. auxilium.* 37. *D. de minorib.* Tum, *Secundò*, quod ille, qui Asylum delinquendo violat, non dignus sit ut ejus beneficio juvetur. *arg. c. quia frustra.* 14. *X. de usur. dict. cap. fin. X. dict. tit.* Tum, *Tertiò*, quia immunitatis privilegium illum minimè protegit, qui ea spe deliquit, quo privilegiato loco mox fruatur. *dict. cap. fin.* Alciat. *de præsumpt. Reg.* 3. *præsumpt.* 33. latè Marta *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 51. *num.* 3. Sarpus *de Asyl. cap.* 5. *fol.* 43. Besold. *in delibat. lib.* 1. *fol.* 55. Leibfrid. *dict. dissert. thes.* 13. *lit. E.* Joan. Wamel *respons. jur. Cano.* 514. *num.* 1. Qui idem *sub num.* 3. & 4. contra *minas* graviores evomantes asserit: Unde jure Saxonico cautum est: Also thut auch die Kirch und der Kirch-Hof an der That / deme der darinn was übels thut / daß der Fride ihne nicht beschirmen mag. *Specul. Saxo. lib.* 2. *art.* 10. *in textu.* Similia in Speculo Suevico legimus: Wer in der Kirch ichtswas übels thut / den beschirmet die Kirch nicht / man solle ihne daraus ziehen / und über ihn richten als die Schuld beschaffen sey. Schwabenspieg. *lib.* 1. *cap.* 194. § 2. *ap.* Goldast. in Reichs-Satz. *fol. m.* 73. *tom.* 1. Quod disertis verbis in Cæsareo Asyli privilegio Civitatis Reutlingensis provisum & cautum est. Daß nun hinführ alle und jegliche Personen so ausserhalb der Stadt Reutlingen / und dem Zehenden und Etern daselbsten Todschläge thun / etc. Freyhung haben / quod reperies apud Dn. Knipschild. *de civit. Imp. lib.* 3. *cap.* 44. *fol.* 944. Dissentit Diana *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 69.

24. Quæritur autem, *utrum in una Ecclesia vel Asylo delinquens, ad aliam confugere, ibique securitatem habere possit?* Quod Canonistæ & Doctores communiter *negant*, quoad delictum in Ecclesia commissum; quoniam tale delictum in ipsa Ecclesia perpetratum, pro crimine universali, ac

specie Sacrilegii reputatur. Secundùm Farinac. *dict. cap.* 16. *num* 219. ubi multos Doctores allegat; latiùs Doctor Marta *dict. cap.* 51. *num.* 24. August. Barbosa *ad dict. cap. fin. n.* 6. Ambrosin. *dict. tract. cap.* 5. *num.* 3. Stephan. Guazzin. *dict. tract. defens.* 1. *cap.* 38. *num.* 17. Quæ Canonistarum opinio non procedit *in Asylis secularibus*, quoniam hæc prophana Asyla & refugii loca à se invicem distincta sunt, & diversa ac distincta privilegia, à diversis Imperatoribus habent; ideò delinquentibus in quocunque loco securum præbent receptaculum, præsertim cùm Principum Privilegia latissimè sint interpretanda. Ita ego censeo cum Johan. Christoph. Leibfrid. *dict. differt.* 13. *lit. F.* Proinde delinquens in civitate aut Territorio *Reutlingensi*, ubi Asyli jus & immunitas viget, in proximo *VVirtembergensi* pago *Pfullingen*, & ibidem constructo *Monasterio* refugium habet, aut si in *VVirtembergiæ Civitatem Neomontanam*, vulgò Newenbürg profugiat, immunitatem ibidem acquirit.

n. 25. Quòd si quis percusserit Clericum, hac Asyli immunitate gaudet. Sanchez *Consil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *numer.* 24. Attamen acriter disputatur à Canonistis aliisque Doctoribus casus conscientiæ tractantibus; *An Clericus occidens aliquem, aut graviter delinquens, gaudeat jure Asyli, adeò, ut ad Ecclesiam confugiens immunitatem ibidem habeat?* Ac, quòd Ecclesiæ immunitate *non gaudeat*, sed à Prælato extrahi possit, infiniti Doctores asserunt, quos recenset Augustin. Barbosa *ad cap. inter alia.* 6. *num.* 14. *X. de immunit. Eccles.* Consentit post alios Alphonsus de Azevedo *in Constit. Reg. Hispan. lib.* 1. *tit.* 2. *ad leg.* 3. *num.* 17. Marta *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 51. *num.* 27. Guazzin. *dict. tract. defens.* 1. *cap.* 38. *num.* 49. Qui de communi consuetudine loquitur. *E contra* alii magni nominis JCti Clericis Ecclesiæ immunita-

nita-

nitatem concedunt, quos refert & sequitur allegatus Barbosa, adeò, ut Hieron. Cævallos, hanc quæstionem inter communes contra communes recenseat *in quæst. 689. per tot.* Cui consentit Stephan. Guazzin post allegatos *tr. de defens. Reor. defens. 1. cap. 37. num. 51. & seqq. ac num. 66. Rationem* hanc adducens, quod hæc immunitas non personis, sed loco concessa sit. Cum quo & ego transeo, & sentio; Cur enim Clerici deterioris conditionis esse debeant, quàm Laici? non video, cùm jura canonica & civilia indistinctè & indefinitè loquantur *in cap. inter alia. 6. cap. fin. X. de immunit. Eccles.* Ideò generaliter, tàm Clericos quàm Laicos complectuntur. *arg. l. in pretio. D. de publ. in rem. act.* Præsertim cum verba Privilegii Civitatis Reutlingensis concepta sint hisce verbis: Alle und jede Personen. quæ verba generalia operantur, ut amplient significatum verbi, cui adjiciuntur, & extendant sese quàm latissimè, cùm apta sint omnia comprehendere. Bertazol. *tract. de clausul. Cl. 4. gloss. 30.* Besold. *in thesaur. lit. A. verb.* alle. *fol. m. 33.* Et hanc quæstionem ita resolutam rejectâ distinctione consuetudinis latè pro & contra deducit, ac contrariis respondet Barbosa *ad dict. cap. inter alia. 6. num. 16. & seqq.* Cui adstipulatur Leibfrid. *dict. dissert. de Asyl. thes. 14. lit. A.* Salgado *de Regia protect. tom. 2. part. 2. cap. 4. num. 115.*

CAPUT XI.

De forma recipiendi confugas ad Asylum.

SUMMARIA.

1. Locorum securitates appellans ad earundem dispositionem vivere tenetur. Etiam divino Jure cautum,

2. *Civili & Canonico Jure sic constitutum est. Reutlingensium Immunitatum capax dispositis prælectis parere debet Confuga.*

3. *Pendente dubio, num confugus dolo vel culpâ deliquerit, quoad securitatem & receptionem, donec causa cognita fuerit, gaudebit securitate asyli. Id quod Tenor Reutlingensis corroborat. Gallia perhibet.*

4. *Judex loci delicti instanter ad petitionem instruendus est.*

5. *Seculari Judici in Ecclesia causas agere Leges vetant. Causa reparabiles Judicio Summarie tractanda. Cognitio dignitatis profugi, summarissimi naturam induit possessorii de manutenendo. Cognitio Summaria quid? Hebrais trita.*

6. *Confugos nec arma concedent. A Judice Laico deponere juratò recusans, capitur.*

7. *Ad tutiora qui confugiunt, γαληνῶς καθεστηκότως tranquillè vivere, nec ullos motus excitare debent. Saxonici Juris tenor.*

8. *Nec minus hisce profugis securitas permanendi libertasque capiendi cibi citra altare est indulta. Eorundem alimenta aut de propriis: sive ab amicis: vel publico deposcunt.*

9. *Judex ecclesiasticus, de dignitate profugi exorto dubio Ecclesia immunitatem nititur defendere. Causâ demum cognitâ, seculari extradendus Judici est profugus.*

10. *Judex secularis & Ecclesiasticus delicti causam an possint cognoscere? Seculari Judici plenaria causa competit cognitio. Eadem Itali constituunt. Veneti præscribunt.*

11. *Quo incidente dubio omnia consuetudini Loci attribuenda sunt. Et juxta eam judicare convenit. Sic Gallia temperat. Venetia providet. Sic Scotia sancit.*

12. *Hebræor. Jura Secularium immunitatum Judicem, refugii causam plenariè & diffinitivè cognoscere atque determinare satagunt. Ratio priorum. Imperator Justinianus plurimâ ratione suffulta contraria serit.*

13. *Verba securitatis Privilegii Cæsarum diplomatis appendi interest. Hæcce asyla Divitis Augiæ, Civitatisque, Reutlingensis edocent.*

14. *Reus confuga in jus vocatus necessariam defensionem probet. Colligitur injuriandi animus ex verbis injuriosis.*

15. *Judex hæsitando Reum ad secura loca*

raloca

ra loca profugum carceri detinere assolet, donec visus fuerit innocuus. Aversantur Gallici mores. Præcavet Justinianus.

16. *Reus Criminis morsu conscientiæ dubiæque litis de fuga suspectus custodiendus est. Debitorem Creditori apprehendere licet. Reutlingensium Observantia.*

17. *Conditiones recipiendi profugum de forma sunt securitatis. Ad easdem profugus juratò adstringitur. Tenor Constitutionis Reutlingensis.*

18. *Augiæ Divitis formale statutum. Articuli, confugus eò, quos jurare tenetur, ampliati.*

19. *Profugis, immunitatis indignitate notoriâ, in Ecclesiis nulla salus.*

20. *Sed evelli, pœnisque subjici Justinianea Lex jubet. Hebræus injungit. Carolus Magnus decernit. Itali suadent. Hispani imperant. Veneti præscribunt. Saxo postulat. Canones sancire nituntur.*

21. *Seculare asylum Criminis reum confugam absque requisitoriis literis, datis reversalibus ad debitam pœnam imponendam auferre renuit. Reutlingenses abhorrent.*

CÆterùm quibus *conditionibus & solennitatibus* profugi ad Ecclesiam, vel Asylum recipiantur, ac quo modo ibidem commorantes tàm in vita, quàm in moribus sese continere teneantur, id ex forma & natura cujusvis Asyli privilegii speciatim elucescit. Ac quilibet confuga ejusdem dispositioni subjicitur, adeò, ut pro regula tenendum, **daß sich die Inwohner derselben Freyungen (wo dieselbe bleiben) gemäß halten sollen.** Sicuti ordinatum esse legimus in Statutis Comitat. Tyrol. *lib.* 8. *cap.* 60. *fol. m.* 102. *fac.* 2. Si *Ius Divinum* inspicimus, confuga olim apud Judaicum populum ante receptionem, innocentiam suam summariè probare obligatus erat, præcipit enim Lex Divina, ut confugientes stent ante portas civitatis, & loquantur Senatoribus urbis illius, ea, quæ si comprobent innocentes, sic-

que

que suscipient eos & dabunt eis locum ad habitandum. *Josuæ 20. vers. 4.*

2. *Jure Civili & Canonico* ita constitutum legimus. Quod omnium *Primò Oeconomus* aut *defensor Ecclesiæ*, sollicitudinem & curam habeat, ut singulorum ad Ecclesias confugientium personas & causam, cur securitatem petant, incessanter conquirat, & causam cognoscat, *l. præsenti. 6. §. fin. C. de his, qui ad Eccles.* Nam si profugus homicidium dolosè aut proditoriè vel aliquod aliud facinus (quod Reum Asyli incapacem reddit) commisit, ab Asylo depellendus est, nec ullam immunitatem in loco privilegiato acquirit, sed jure divino & humano à loco Asyli avellitur, & traditur trucidandus, aut ibidem trucidatur, si Asylo cedere nolit. *per text. Exod. c. 21. vers. 14. Deuteronom. cap. 19. vers. 12. cap. 1. X. de immun. Eccles. l. 4. in fin. C. de his, qui ad Eccles. confug.* Quoniam dolus proprius nemini patrocinari debet *l. 1. in pr. D. de dolo mal.* utpote qui facit cessare quodcunque privilegium, *arg. l. 2. §. sed ita. D. ad SC. Vellejan.* Tiber. Decian. *de crim. lib. 6. cap. 28. num. 20. in fin.* Johan. Ignæus *ad l. 1. num. 23. D. ad SC. Syllan.* Knippschild. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 28. num. 36.* Besold. *in delibat. lib. 1. fol. m. 56.* Leibfrid. *de Asylis. thes. 12. & thes. 15. lit. A.* Hinc confugo ad Asylum *Reutlingense* à *Syndico* sequentia verba prælegantur, quæ Reus criminis homicidii jurato asserere tenetur, sese ad sui defensionem vel ex calore iracundiæ homicidium commisisse, quo casu in Asylo recipitur, plenamque habet securitatem: Wäre der Todschlag verdächtlich/ oder gefährlich beschehen/ so man gegen euch Rechtens begehren würde/ werdet ihr zu Recht fürgestellt/ und beklagt/ dann die Mörder und gefährliche Todschläger die Freyheit nicht leiden mögen. Dn. Knippschild. *de jur. Civ. Imp. lib. 2. cap. 28. num. 46. ac cap. 44. sub num. 28.*

3. Sanè

3. Sanè hoc quæritur, si in dubio versamur: *An confugus dolosè, aut culposè homicidium commiserit; quid in puncto securitatis, & receptionis faciendum?* Hoc in casu profugum tanquam in dubio ad interim Asyli securitate *gaudere* censeo, eò usque donec causa delicti plenè cognita fuerit. Iniquum enim foret, Ecclesiam aut Asylum pendente dubio, suo jure spoliari, scribit Belluga *arg. text. in Deuter. c. 19. vers. 12. & l. semper. 56. D. de regul. jur text. in cap. si Iudex laicus. de sentent. excommun. in 6.* Franc. Marc. *decis. 168. num. 5. part. 2.* Ubi præjudicium refert quòd extractus ab Ecclesia, ante Episcopi declarationem restitutus fuerit carceri Episcopali; Farinac. *de immun. Eccles. cap. 22. num. 366.* Guazzin. *de reor. defens. 1. cap. 38. num. 50.* Benè Sanchez. *Consil. moral. lib. 6. cap. 1. Dubit. 11.* Proinde specificè in Privilegio Asyli Civitatis Reutlingensis insertum est, quòd *si simus in Dubio*, an profugus dolosè, aut per culpam homicidium commiserit, ac quispiam hanc causam in judicium deducere velit, quòd reus criminis coram Judice civitatis Reutlingensis, salvâ manente securitate respondere teneatur, in verbis: **Werdet ihr zu Recht fürgestellt / und beklaget.** Ita in terminis Petr. Belluga *in specul. Princip. rubr. 11. cap. 18. num. 30.* Petr. Rebuff. *tom. 2. Constitut. Regn. Galliæ. tract. de immun. Eccles. Gloss. 1. num. 36.* Georg. Rittershus. *de Asyl. cap. 7. num. 4.* Leibfrid. *eod. tr. thes. 15. lit. A.* Hoc tamen in *Galliæ Regno* non observatur, sicuti supra deductum est.

4. Judicem deinde, *Secundò*, aut Magistratum ibi delictum commissum est & ad quem causa quem pertinet, vel cui confuga subjectus est, ad petitionem instanter instruat. *per text. in d. l. præsenti. 6. §. fin. C. de his, qui ad Eccles. confug.*

5. Nec permittat, *Tertiò*, ut Judex, vel Magistratus secula-

cularis *confuga causas* in Ecclesia, cœmiterio, aut ipso Asylo agitet: Omnis enim secularis Judiciorum strepitus in Ecclesiis conquiescat. *per cap. cum Ecclesia 5. X. de immunit. Eccles. cap. decet. X. eod. in tot.* Quæritur autem; *An defensor Ecclesiæ aut Dominus Asyli, causam refugii plenariè cognoscere teneatur?* Respondeo quòd non; Sed summarim cognitionem facti perpetrati sufficere censeo *per Novell. 17. cap. 6. Vbi gloss. in verb. cum examinatione in tempore ac mediocri*; Nam in causis viduarum, Pupillorum, pauperum, aliarumve miserabilium personarum summariè proceditur. Secundùm *cap. si ibi quoque. 3. Novell.* 17. Cur non æquè in causa confugæ, qui tanquam extorris, miserabilis non minùs dicendus est. Præsertim cùm hoc in casu agatur de *modico tertii præjudicio*, quod facilè in ordinario processu reparari potest. Ubicunque autem agitur de præjudicio tertii, in causa favorabili, quod in alio judicio reparari potest, ibi causa summariè tractanda est, absque sufflamine litis, solâ facti veritate probabiliter inspectâ. Quo casu nullo ordine juris servato maturè & summariter velo levato proceditur. *per text. in l. si Coloni C. de agric. & censit.* Clem. *sæpè de verb. signif.* Lanfran. de Orian. *in process. jur. cap.* 12. *num.* 9. *& seqq.* Fachinæ *lib.* 8. *controvers. cap.* 15. Gail. 1. *observ.* 7. *num.* 5. Scaccia *de sentent. Gloss.* 14. *quæst.* 2. *num.* 28. Rosbach. *in pract. civil. tit.* 21. *num.* 12. *&* 13. Proinde cognitio de profugo ad Asylum, utrùm immunitate & securitate dignus sit, nec ne, naturam habet *summarissimi possessorii* de manutenendo, in quo Judex summatim cognoscere potest, ante litem contestatam, & post, in quacunque parte Judicii, ac suspendit plenarium possessorium, & petitorium. Menoch. *remed. fin. num.* 1. *in possess.* Postius *tract. de manuten. observ.* 8. *num.* 8. Barz. *decis.* 47. *num.* 6.

Quæ

Quæ cognitio summaria nihil aliud complectitur, quàm nudam & meram manutentionem, conservationem, & defensionem, rejectis meritis causæ, donec pleniùs fuerit cognitum. Postius *dict. tract. observat.* 2. *num.* 27. Cancer. *lib.* 3. *de manutent. num.* 39. *latissimè* Joan. Anton. ab Ecclesia *observ. decis. pedem.* 189. *num.* 3. *& per tot.* Dissentit aliquatenus Steph. Guazzin. *de defens. reor. defens.* 1. *cap.* 31. *num.* 9. Author consilii *apud Dianam part.* 6. *tract.* 1. *resolut.* 31. *consil.* 2. *fol. m.* 46. vide Giurbam *consil.* 50. *&* 100. Gamma *decis.* 171. *&* 182. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 596. Plenaria namque causæ cognitio fiebat jure Hebræorum in loco perpetrati homicidii, Sicuti demonstrat text. Numer. 35. *vers.* 24. *& seqq.* Georg. Rittershus. *de Asyl. cap.* 7. *num.* 2.

6. *Arma*, *Quartò*, refugo ad Ecclesiam vel Asylum in quovis genere minimè inferre licet: Imò jurare debet quòd religionis nomine meliùs, quàm armorum præsidio munitus existat, quo casu à Judice Laico capi potest, si arma in Asylo deponere recuset, *l.* 3. *in pr. &* §. 1. *&* 2. *C. de his, qui ad Eccles. cap. decet.* 2. *X. de immunit. Eccles.* Georg. Rittershus. *dict. cap.* 7. *num.* 5. latiùs Marta *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 50. *num.* 22. Sanchez. *consil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dubit.* 14. Guazzin. *dict. tract. defens.* 1. *cap.* 38. *num.* 25. Quàmvis dissentiat aliquatenus Anton. Diana *part.* 1. *tract.* 1. *resol. moral.* 17.

7. Sic confugæ, *Quintò*, caveant, ne exclament, ne seditiones moveant, neve conventicula celebrent, atque ab omni seditione & tumultu atque impetu vel collectione multitudinis penitùs abstineant *per text. in l. decernimus.* 5. Ubi Augustin. Barbosa *C. de his, qui ad Ecclesiam confug. cap. decet domum.* 2. *de immun. Eccles. num.* 6. Covarr.

2. *var. resol. cap.* 20. *num.* 17. Rittershuſ. *dict. cap.* 7. *num.* 6. Leibfrid. *dict. differt. theſ.* 15. *lit. B.* Quod *Saxonico jure* vernaculâ Linguâ hiſce formalibus expreſſum & ordinatum eſt: Ihr ſollet wiſſen/ wer zur Kirchen oder Kirch-Hof/ oder in ein Cloſter fleucht/ der ſoll ſich bewahren/ daß durch ihne kein Leibswehr da geſchehen (das iſt Gewalt/) weder an morden noch Blutvergieſſen/ noch an lembden/ und das iſt auch zu vernemmen bey dem Creutz. Gloſſa Weichbild. *art.* 9. *n.* 16. *fol. m.* 18.

8. *Porrò* profugus ad Aſylum, *Sextò*, non tantùm permanendi ſecuritatem, ſed etiam *cibi capiendi* libertatem in Aſylo, vel Eccleſia, citra Altare habet. Propterea Imperatores tantam ſpatii latitudinem Eccleſiis & Aſylis indulſerunt, ne religio violetur, & reverentia loci ſacri vel ſancti profanetur; *per l. ſi ſervus.* 3. *in pr. & §.* 3. *l. fin. §. nec in ipſis. C. de his, qui ad Eccleſiam. cap. decet.* 2 *de immunit. Eccleſ. num.* 6. Rittershuſ. *de Aſyl. cap.* 7. *num.* 7. Aluntur autem confugæ, vel de proprio, quod de domo ſua habent, aut de eo, quod à conſanguineis, & amicis mittitur. *per dict. l. fin. §. ex his ergò. C. dict. tit.* Boër *deciſ.* 303. *num.* 3. Decian. *lib.* 8. *cap.* 29. *num.* 3. Barboſa *ad dict. l. fin. num.* 24. Quòd ſi nec de propriò quidpiam, nec *ab amicis* aliquid capiat, laborare debet, & manibus victum quærere tenetur. Rittershuſ. *dict. cap.* 7. *num.* 8. Leibfrid. *dict. theſ.* 15. *lit. B.* Quòd ſi reus profugus propter adverſam valetudinem aut dignitatem, vel Statûs conditionem laborare nequeat, de publico alendus erit, ac ipſa Eccleſia eidem alimenta præſtare tenetur. *per text. in l. fin. §. ſanè ibi:* Et ipſi per incommodum Eccleſiæ egentium & pauperum alantur expenſis. *C. dict. tit.* Guido Papæ. *deciſ.* 121. Remig. Gonny. *tract. de immunit. Eccleſ. quæſt.* 6. poſt plures Farinacius *eod. tract. cap.*

19. *num.*

19. *num.* 296. Joan. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 73. *ac tit.* 9. *quæst.* 17. Rebuff. *ad Constit. Regn. Gall. tom.* 2. *tract. de immunit. Eccles. Gloss.* 1. *num.* 37. Steph. Guazzin. *dict. defens.* 1. *cap.* 32. *num.* 4. Wesenbec. *in paratit. tit. de custod. reor. num fin.* Leibfrid. *dict. lit. B.* Ubi exemplum elegans recenset.

9. Cæterùm de cognitione causæ principalis quæritur; *Si in dubio & contradictione consistat an profugus Asylo dignus sit, nec ne?* Und ob er die Freyheit leiden möge / oder nicht / ac an homicidium dolosè ac proditoriè commissum sit, nec ne? *Quis nam sit Iudex competens cognoscendi hanc causam? An Dominus & Magistratus Asyli, an verò Dominus territorialis perpetrati delicti?* Ob varias inter sese pugnantium leges & Authoritates *distinguendum esse censeo,* inter Asyla Ecclesiastica, & secularia. Profugum *ad Ecclesiam*, & constanter asserentem, se per culpam, aut defendendi animo homicidium commisisse, ab *Episcopo* loci, aut Defensore Ecclesiæ, judicari debere tradunt multi ex Canonistis & Doctoribus. Idque *per text. in l. præsenti. 6. in fin. C. de his, qui ad Ecclesiam.* Can. *definivit. caus.* 17. *quæst.* 4. Judex enim Ecclesiasticus immunitatem Ecclesiæ defendere debet; quoniam materia immunitatis Ecclesiasticæ est spiritualis; idcircò illius causæ cognitio, non ad secularem, sed Ecclesiasticum Judicem spectat *per text. in l. pateant. §. hos verò. vers. sed si Ecclesia,* ibi: *apud Deum & Episcopum causa purgata. C. de his, qui ad Eccles.* Can. *metuentes. caus.* 17. *quæst.* 4. *cap. fin. X de immunit. Eccles.* Franc. Marc. *decis. Delphin.* 168. *num.* 5. *part.* 2. Joan Guttierez. *lib.* 3. *pract. quæst.* 1. *num.* 5. Quod benè disputat & integrum processum enarrat Alphons. de Azevedo *in constit. Reg. Hispan. add.* 3. *tit.* 2. *lib.* 1. *n.* 20. Ubi scribit: *Profugum interim pendente cognitione in carcere detinendum esse, idque moribus Hispaniæ observari.* Alexander

Raudens. *vol.* 2. *Consil.* 17. *num* 12. Mastril. *decis.* 109. *num.* 18. *lib.* 2. Quòd latè deducit Farin. *de immun. cap.* 22. *num.* 366. *& seqq.* Anton. Diana *resol. moral. part.* 1. *tr.* 1. *resol* 14. Ubi tradit quod etiam in crimine notorio Episcopus debeat priùs cognoscere, an verùm sit id, quod profugo imputatur, ac tùm demum, causâ cognitâ, reum curiæ seculari consignet. latiùs *part.* 4. *tr.* 1. *resol.* 49. *per tot. ac part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 30. ubi contra Sarpum disputat Barbosa *de jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 135. *& seqq.* Guazzin. *tract. de Defens. reor. defens.* 1. *cap.* 31. *num.* 3. & inprimis *sub num.* 9. Sanchez. *consil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dubit.* 13.

10. Alii utrumque Judicem, *tàm secularem quàm Ecclesiasticum*, causam delicti cognoscere posse censent; Judicem Ecclesiasticum ad effectum defendendi immunitatem vel remittendi reum: Judicem secularem ad effectum extrahendi profugum ab Ecclesia. Petr. Belluga *in specul. princip. rubr.* 11. *cap.* 18. *num.* 29. Qui tradit, quòd ita *in Regni Valentia foro* observetur. Petr. Rebuff. *de immunit. Eccles. Gloss.* 1. *num.* 34. *&* 35. *Præventioni* locum esse inter Judicem Ecclesiasticum, & secularem, ast potiores esse partes Judicis Ecclesiastici propter citationem realem, censet, & comprobat Doctor Marta *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 50. *num.* 23. *& seqq.* Ast hujus dubitationis cognitionem plenariam & definitionem finalem ad loci *Iudicem secularem*, non verò Ecclesiasticum, plenariè pertinere, cumque pariter hujus rei cognitorem unicum existere, alii veriùs esse censent, per constitutionem Imperatoris Justiniani. *Novell.* 17. *cap.* 6. *ibi: condemnabis eum.* Idque per hanc manifestam *Rationem*, quoniam definitio & judicatio hæc fieri nequit, absque certa inquisitione eorum omnium, quæ acciderunt circa delictum commissum, adeoque ut hæ circumstantiæ facti, crimen gravius aut

levius

levius reddere; & culpam, aut aliqua excusatione dignam, aut enormem, & atrocem efficere possint. Proinde hîc quæstiones omninò instituendæ, & omnia diligenter evolvenda sunt: quæ omnia longè aliena sunt ab Ecclesiasticis, quibus res solùmmodo spirituales committuntur. Quam sententiam probant Guido Papæ. *decis.* 121. Nicol. Boër. *decis.* 109. *num.* 12. Clar. *quæst.* 30. Et hoc *usu* receptum esse in tota *Italia* ait Vulpell. *consil.* 130. *num.* 6. Farinac. *quæst.* 28. *num.* 27. Covarr. etiam in tota ferè *Republica Christiana* ita practicari scribit *libr.* 2. *var. resol. cap.* 20. Inclyta verò *Respublica Veneta Anno MDCIX.* 8. *Id. Febr.* singulari SCto ita constituit, teste Petr. Sarp. *de Asylis. cap.* 6. *fol. m.* 64. Quibus adstipulantur Georg. Rittershus. *de Asylis. cap.* 7. *num.* 6. Leibfrid. *ead. dissert. thes.* 15. *lit. A.*

11. Sanè *ego* in tanta varietate Doctorum ita censeo: Quòd in hac quæstione omnia sint *consuetudini loci* attribuenda, & secundùm eam judicandum erit. Nam pro hac ultima opinione, tanquam egregio temperamento, consuetudo *Galliæ* militat, ubi receptum usu, ac singulari constitutione Regis *Franc. I. Anno M DC XXXIX.* provisum est: Ut delinquentes & confugientes ad Ecclesiam, vel alia loca sacra, capiantur, salvo jure *redintegrationis*; scilicet Judex loci cognoscit, an profugus immunitate Ecclesiæ gaudere debeat, necne? ac si constat, quòd immunitate Ecclesiæ dignus sit, remittitur; sin verò in examinatione causæ constiterit, Reum hac securitate minimè dignum esse, id per sententiam declaratur, ac postea ordinario processu judicatur, & condemnatur. Boër. *decis.* 109. Petr. Rebuff. *in dict. constit. Regn. Gall tom.* 1. *in Proœm. Gloss.* 5. *num.* 4. Petr. Gregor. Tholosan. *de Republ. lib.* 13. *cap.* 23. *num.* 11. Quam Constitutionem quoque *Covarruvius* laudat, nec quispiam

piam eam damnare audet; quemadmodum etiam, *Venetos* confugas ab Ecclesia abstrahere, testatur Petr. Sarpus *de Asyl. cap. 6. fol mihi 46.* In *Regno Scotiæ* legibus ita constitutum est, per *Regem Robertum Secundum*, quoties homicida assumpserit immunitatem Ecclesiæ, monendus & requirendus est, ut exeat, & se exhibeat juri ad cognoscendum, an per *Murther*, id est, dolosè, sive per *Foreth Ochtfelonie*, id est culposè, fuerit homicidium perpetratum. Si verò requisitus, & monitus, se exhibere, vel præsentare noluerit, tanquam de Murther, & Foreth Ochtfelonie convictus, banniendus, & ejiciendus, ex tunc perpetuò servata sibi immunitate Ecclesiæ, quam assumpsit. Si verò se exhibuerit, & præsentaverit communi juri, & justitiæ; & compertum fuerit per *assisiam* (id est per inquisitionem) quod per *Chaudmelle*, hoc est calore iracundiæ, fuerit homicidium perpetratum, restituendus est Ecclesiæ sicuti priùs. Et de hoc tenetur Vice-Comitem ipsum assecurare, antequam de immunitate exierit, quam assumpsit. Joan. Skeneus *in Constit. Regn. Scotiæ. tit. de statut. Robert. II. cap. 9. per tot.* vide quoque apud Skeneum *Statuta Alexandri II. cap. 6. per tot.*

12. Quid autem dicendum est, *de homicida Profugo ad seculare Asylum? Potest ne Iudex Asyli, causam refugii plenariè & definitivè cognoscere & determinare?* Si jus Hebræorum inspicere volumus, omnino dicendum esse videtur, quòd plenaria causæ cognitio in loco perpetrati delicti fieri debeat. Numer. *cap. 35. vers. 24. & seqq.* Georg. Rittershus. *de Asyl. cap. 7. num. 2.* Nam cujus jurisdictio & Territorium delinquendo violatum est, ille quoque cognitionem habebit, ad hunc effectum, ut profugum hunc Asylo indignum, prævia causæ *legitimâ* cognitione, de-

clarare,

clarare, ac à Magiſtratu Aſyli avocare poſſit, ut remittatur, daß man die Stellung begehre/ *per Novell.* 17. *cap.* 6. ibid. condemnabis cum Petr. Belluga *in Specul. Princip. Rubr.* 11. *cap.* 18. *num.* 29. Petr. Rebuff. *dict. tract. Gloſſ.* 1. *num.* 35. *Contraria* tamen ſententia non caret ratione ac lege. Nam *in l. præſenti* 6. §. 1. *verſ. ſed ſiquidem in verbis ſe offerant. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. Imperator Iuſtinianus* profugo expreſſis verbis electionem dat, an coram Magiſtratu Aſyli, ſive Judice, cui ſubjacet, cauſam deducere velit, nec ne? Proinde citati à Judice loci perpetrati delicti, comparere non tenentur. *Ratio* hujus Conſtitutionis & aſſertionis duplex eſſe poteſt: *Tùm*, quoniam profugus quamprimùm à Magiſtratu Aſyli causâ ſummariè cognitâ in protectionem receptus eſt, und ſo bald die Freyheit ertheilt und zugeſprochen worden/ Forum in loco Aſyli privilegiatum acquiſivit; Aſt juxta communem Regulam Actor ſequitur forum Rei: *Tùm* quoties jurisdictio à partibus in dubium vocatur, videlicet, an Judicis ſit jurisdictio, nec ne, de cauſa vertente cognoſcere? Ac an Judex loci ſit competens, nec ne? ipſe Judex de ſua jurisdictione cognoſcere, & ſe competentem pronunciare poteſt. *per text. in l.* 2. §. *ſed etſi dubitatur. D. de judic. l. ſi quis ex aliena. D. eod. tit.* Philipp. Franc. *in cap. ad audientiam. num.* 3. *X. de appell.* Andr. Gail. *lib.* 1. *obſervat.* 34. *n.* 1. *& ſeqq.* Quo caſu verum eſt quum dicitur, quòd Judex quandoque in cauſa propria, & de proprio privilegio, judicare poſſit. Baro Enenckel. *de privileg. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 22.

13. Hoc præterea admonendum, quòd communiter in conceſſi Aſyli Diplomate Cæſareo hæc verba adjiciuntur: Welcher umb Todſchlag/ oder Schulden/ oder anderer Sachen Recht leiden mag/ der hat allda Käyſerliche Freyheit. ſicuti

cuti ex tenore Asyli ab *Imperatore VVenceslao, Monasterio Divitis Augia* dati constat. *In Asyli Civitatis Reutlingensis Privilegio* disertè comprehensum & definitum est, quòd Magistratus loci de homicidio dolosè aut proditoriè commisso, sit Judex competens, & solus plenariam causæ cognitionem usque ad sententiam definitivam habeat, adeò, ut quicquid judicet, & definiat, executioni quoque mandare possit; in verbis dicto privilegio insertis: Doch / wo vorbedächtliche gefährliche Todschläge beschehen / das sie (Burgermeister und Rath der Stadt Reutlingen) uff der Kläger gegen den Thätern ansuchen / Recht ergehen lassen / wie sichs gebührt. *Privil. Civ. Reutling. in fin.* apud Knippschild. *dict. tract. dub.* 3. *c.* 44. *num.* 28. Ac in ordinatione quæ homicidis profugis prælegitur: So man gegen euch Rechtens begehren / werdet ihr zu Recht vorgestellt / und beklaget. Ibidem *dict. c.* 44. *num.* 20. Id quod quibusdam præjudiciis illustrari potest. Nam Patrum memoriâ contigit, ut cum *Civis Tubingensis*, Studiosi cujusdam interfector, ad proximum Asylum Reutlingense confugeret, à Magistratu Academico, criminali accusatione ibidem pulsatus, tandem gladii pœnâ affectus fuerit, attestante Besold. *in delibat. jur. lib.* 1. *tit. de Asyl. fol m.* 55. Aliud exemplum *Anno* 1624. *in Ducatu Wirtembergico* contigit. Nam cùm quidam Cæmentarius, Civis Göppingensis *Zachariam Langiarum, V. I. D.* super cœmentariis ratiociniis & differentiis in propria domo Faurdoni occidisset, ac criminis Reus *ad Reutlingense Asylum* confugisset, vidua mariti interfecti profugum, etiamsi homicidium in Civitate *Göppingensi* commissum erat, non alibi quàm coram Senatu Reutlingensi criminaliter convenire poterat. Proinde lite hinc inde an dolo vel culpâ necem intulerit, exagitatâ, homicida profugus tandem

dem à Judice Reutlingensi absolutus, & saltem in expensas condemnatus fuit, sicuti Facultas Juridica Tubingensis consulendo respondit apud Knippschild. *dict. lib.* 3. *cap.* 44. *num.* 30. *& seqq.*

14. Cæterum hoc observandum est, quòd confugus ad Asylum, in jus vocatus, an homicidium dolosè, aut ad sui defensionem commiserit, nec ne, *Innocentiam suam* seu defensionem necessariam probare tenetur. *per text.* Deuter. *cap.* 19. *vers.* 4. *ibi:* Qui heri & nudiùs tertiùs nullum contra eum odium habuisse comprobatur, text. Josuæ *cap.* 20. *vers.* 5. Christoph. Leibfrid. *de Asylis thes.* 15. *lit C.* Quàmvis enim dolus non præsumatur, sed ab allegante probari debeat. *per l. dolum. C. de dolo malo. l. meritò.* 51. *D. pro socio. Can. in pœnis. ubi* Petr. Peck. *de reg. jur.* Cels. Bargal. *tract. de dolo.* Attamen dum quispiam in re illicita versatur, semper contra eum præsumitur, quòd factum illicitum animo doloso peregerit, ad hunc effectum, ut onus probandi in eum transferatur, contra quem militat præsumtio. *per text. in l. ab ea.* 5. *D. de probat. l. sive.* 16. *C. eod. titul.* Menoch. *lib.* 4 *præsumpt.* 12. *num.* 12. Gabriel *Consil.* 16. *numer.* 4. *vol.* 1. Mar. Giurba *Consil.* 33. *num* 4. Sicuti animus injuriandi ex verbis injuriosis colligitur. *per text. in l. Si non Convitii. C. de injur.* Andr. Gail. 2. *Observ.* 101. *num.* 1. Hoc quomodo probetur, Doctores alibi tractant. Sicuti hanc probationem in terminis profugi ad Asylum benè deducunt Tubingenses apud Knippschild. *in dict. cap.* 44. *num.* 30. *& seqq.*

15. Ulteriùs dubitatur, & quæritur, *Quid interim agendum de Reo, qui ad Ecclesiam vel Asylum confugit, donec Iudex in re dubia aliquid certi statuit?* Ne profugus effugiat cum Justitiæ fraude, vel ad evitanda pericula in majus deli-

ctum incidat, vel civitatis mœnia transcendat sicuti sæpissimè accidere solet: quilibet enim æquum esse censet, ne profugo tempus & facultas fugiendi detur; sic enim justitia opprimeretur, læsus majori injuriâ afficeretur, & Reus ad alia perpetranda facinora vires & animum sumeret, quod probè animadvertit cordatissimus Petr. Sarpus *de Asylis. cap. 6. fol. 65. & 64.* In quem graviter, ast injuriâ, debachatur Anton. Diana *in primordio part. 6 resol. moral.* *Sanè* in casu hoc, donec lis deciditur, an profugus Asyli immunitate dignus sit, nec ne? optimum esset remedium, ad præcavendum aufugiendi periculum, si Dominus Asyli criminis reum juxta legem & consuetudinem Galliæ, Judici loci commissi delicti *ad custodiendum* traderet, salvo restituendi seu redintegrandi jure. Verùmtamen cum, cum hoc magis optandum, quàm sperandum sit, ideò juris & æquitatis esse censeo, ut Magistratus Asyli, aut Episcopus, vel defensor aut Ecclesiæ, reum profugum, pendente lite carceri, aut aliæ mansioni custodiæ causâ includat, ne interim aufugere possit. *arg. text. in Novell. 135. cap. 15. in fin.* Ubi ita constituit *Imperator Iustinianus*; si quis invenerit suam uxorem, aut filiam, aut neptem, aut sponsam invenerabilibus locis cum aliquo loquentem, & suspicatus fuerit, turpis gratiâ causæ eos colloqui, tradat eos defensori, ut ipse suo periculo utrasque personas divisim tamdiu custodiat donec Judex eos accipiat, & secundum legum caussas decernat.

16. Quod etiam *hac Ratione* confirmatur, quia reus tanti criminis maximè suspectus est de fuga, ob dubium litis eventum, & morsum conscientiæ; quæ causa meritò animum Judicis ex suo arbitrio, in quo id positum est movere debet, ne credat, profugo in libertate constituto, fidendum

dum esse, ne ausugiat, adeò ut meritò custodiæ tradendus sit, lite pendente. per Gabriel. *tit. de Indiciis. Conclus.* 4. *numer.* 30. Ludov. *decis. Perus.* 41. *num.* 8. M. Anton. de Amatis *decis. Ferrar.* 13. *num.* 7. & 9. Joan. Aloys. Riccius *collect. decis.* 2498. Sicuti in simili dicimus, quòd debitor suspectus de fuga, possit capi per ipsum creditorem, & sic per privatam personam. *per l. ait prætor.* §. *si debitorem. D. quæ in fraud. cred.* ita tradunt Remig. de Gonny. *de immunitat. Eccles. quæst.* 6. Ludov. Correa *ad cap. inter alia. X. de immunitat. Eccles. part.* 4. *num.* 2. Petr. Sarpus *de Asylis. cap.* 6. *fol.* 64. Quod in *Hispania* ita observari tradit Covarr. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 33. *num.* 4. Alphons. de Azevedo *in Constit. Regn. Hispan. ad leg.* 3. *n.* 20. *lib.* 1. *tit.* 2. Guido Papæ. *singul.* 425. Ubi tradit: Quòd ita de consuetudine observetur, dum multos in Ecclesia compeditari viderit; quod de jure Judicem secularem facere posse tradit Julius Clarus *quæst.* 30. *num.* 21. Idem asserit *Barbosa*, nempe, quòd quando simus in dubio, profugus in carcere Ecclesiastico interim asservandus sit. August. Barbosa *in Can. ad Episcopos.* 10. *caus.* 17. *quæst.* 4. Ita moris *in Civitate Reutlingensi*, ut quamprimùm profugus de doloso homicidio actione criminali pulsatur, ille ex carcere vel compedibus (ne aufugiat) respondere tenetur; Hac tamen additâ cautelâ, ut Judex in causa interim supersedeat, ac nihil innovet, aliàs graviter puniretur, secundùm Guazzin. *dict. defens.* 1. *cap.* 38. *numer.* 54. Quàmvis aliter censeat Guido Papæ. *decis.* 121. *n.* 3. *post Hostiensem.* Petrus Rebuff. *de immunit. Eccles. gloss.* 1. *num.* 36. Tiber. Decian. *de crimin. lib.* 6. *cap.* 27. *n.* 6. Diana *parte* 6. *tract.* 1. *resol.* 32. Dissentit quoque Stephan. Guazzin. *de reor. defens.* 1. *cap.* 23. *num.* 1. Sanchez. *consil moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dubit.* 13. *num.* 1.

17. Hoc insuper sciendum est, quòd supra dictæ conditiones recipiendi profugum ad Asylum, sint *de forma* securitatis, quæ in quibusdam articulis comprehensæ reo criminis in primo Asyli ingressu à Syndico Civitatis aut defensore Ecclesiæ prælegunturꝰ; Reusque *juratò* asserere tenetur, quod omnes & singulos istos articulos strictè observare velit. *Articuli*, qui profugis ad Asylum *Civitatis Reutlingensis* proponuntur, sequentis sunt tenoris:

Ordnung/ so den Todschlägern in der Stadt Reutlingen vorgelesen wird.

HAbend ihr einen ungefährlichen Todschlag begangen/ auß Hitz deß Zorns/ oder zu Rettung ewers Lebens/ so haben ihr in diser Stadt und Zehenden/ Freyheit/ und werdet zu Recht nicht vorgestellt/ oder beklaget.

Wäre aber der Todschlag verdächtlich/ oder gefährlich beschehen/ so man gegen euch Rechtens begehrens/ werdet ihr zu Recht vorgestellt/ und beklaget/ dieweil ihr auch hie ligen/ und euch der Freyheit behelffen/ so mag man wider ewer Leib und Guth uff dem Hof-Gericht zu Rothweil/ noch keinem andern Land-Gericht nicht procediren, oder urtheilen/ wo es aber beschehe/ sollen ihr solches einem Burgermeister anzeigen/ wird man darinnen/ wie sich gebühret/ handlen.

So lang ihr auch hie ligen/ und der Freyheit behelffen/ sollen ihr in der Stadt keinen Degen/ Messer/ oder andere Waffen antragen/ bey einem offenen Wirth zehren/ in kein offen Zehr-oder Trinck-Stuben gehen/ euch gebührlich und wol halten/ mit niemand zancken/ wo das nicht geschehen/ wird man euch straffen nach eines Erbarn-Rahts Gefallen/ daß ihr deren fürohin nicht fähig seyn werden/ doch mögen ihr umb einen Tag/ Wochen/ oder Jahr lang dienen.

Dieweil ihr auch hie ligen/ was Händel gegen euch Zeit

ewrer Beywohnung sich begeben / und verlauffen werden / es wäre gegen Burger / oder Burgerin / einem Rath / oder gemeiner Stadt allhier / vor dem Stadt-oder Zunfft-Gericht / Recht geben und nemmen lassen wie recht ist.

18. *Articuli*, quos quilibet confugus (vulgò Freyheits-Mann dictus) ad *Monasterium Divitis Augiæ* jurare tenetur, ampliores sunt, atque ita sese habent:

Articul / so ein jeder gemeiner Freyheits Mann / welcher der Freyheit in dem Fürstl. Gottes-Hauß Reichenaw zu haben begehrt / zu halten schuldig ist.

Item erstlichen / welcher die Freyheit erwirbt / soll er sich deren behalten / und daraus nicht kommen / ohn vorwissen und bewilligen deß Gottshauß / als der Obrigkeit / oder deren Ober-Amptleuten / dann wann einem ausserhalb der Freyheits-Bezirck etwas widerführe / soll daran niemands kein Schuld tragen / noch hierumb antwort geben.

Zum andern / ist der Freyheit-Recht alt Herkommen und Gewonheit / daß keiner / so die Freyheit erlangt / einicherley / weder groß noch klein Waffen / Wehr / Schwert / Dolchen / noch andere dergleichen ohne Erlaubnus der Obrigkeit / so lang er der Freyheit geniesset / bey ihme tragen noch haben / sondern solche gleich angehends / in Erwerbung der Freyheit von ihme thun / und die in das Gotteshauß und deren Ambtleuten Handen und Gewaltsam stellen und geben.

Item / zum dritten / sollen die / so in dise Freyheit Zuflucht / der Kirchen und anderer geweiheter Oerther / wie auch der Priesterschafft / unter geistlichen Personen / ohne sonderbahre Bewilligung der Obrigkeit / sich entmüessigen und enthalten.

Vor das vierdte / soll ein jeder so also die Freyheit erlangt / auff

auff den Fall dem Gotteshauß Reichenaw als der Obrigkeit/ und deme die Freyheit zustehend auß seinem Verbrechen / darumb er Freyheitsman die Freyheit begehrt zu handhaben seiner Person und Rechten / Kosten / Unruhe oder andern dergleichen Bemühungen / Unkosten auff- und angewendet werden müßte / oder von seinem Gegentheil/ verursacht oder entstehen möchten / schuldig seyn / gesagtes Gotteshauß gäntzlich und allerdings zu entheben/ schadloß zu halten / und in allem uffgewendten Kosten zu vertretten.

Deßwegen und zu dem Fünfften / sollen alle die/ so in dise Freyheit Zuflucht haben / und die erwerben angehends mit Leuten Guth oder Pfand nicht allein das Gotteshauß obangehörter Massen schadloß zuhalten / sondern auch umb Essen und Trincken so sie bey denen Burgern / oder anderwegs nemmen und haben/ gute Versicherung thun / doch stehet einem frey/ von Mahl zu Mahl solch Essen und Trincken so vil er braucht/ mit baarem Gelt abzuzahlen.

Item zum sechsten/ der/ oder die deß Gotteshauß Freyheit erworben / sollen gar kein Unruhe mit keinerley Gastereyen / noch anderer frembder Gesellschafft gebrauchen/ noch anrichten/ sonder sich aller Bescheidenheit verhalten.

Für das sibend / soll ein jeder / so Freyheit Recht hat/ sich gegen den Ober-Ambtleuten gehorsamlich / wie auch allem Hof-Gesind/ Burgern/ Inwohnern/ Diensten/ und andern/ in der Reichenaw / fridsam/ einig und wol halten / auch mit niemands gar kein Unfug/ Kampff oder Hader anfahen/ sondern sich in allweg eines stillen / fridsamen Wesen und Wandels befleissen / auff den Fall ihme aber von andern Leuten dergleichen / was zugefügt/ und zuständе / solches der Oberkeit anzeigen/ und ihres Bescheids hierüber erwarten.

Da aber für das achte/einem so also die Freiheit bekommen/ sich unfridsam/zänckisch/häderisch/bälgisch/oder in ander Weg

sträff-

sträfflich verhalten/ oder denen jenigen/ bey denen er zehrt/ die Atzung/ Speiß und Tranck auffgeschlagen/ nicht bezahlte/ und man deßwegen der Obrigkeit zu Klag käme/ Rechtens darüber begehrte/ oder dessen Noth seyn würde/ soll derselbige Freyheits-Mann bey vorangezogener seiner geleister Bürgschafft/ auch darumb erstattetes/ und in Eidstatt beschehenen angelobens/ vor deß Gotteshauß Reichenaw Gerichts-Staab antwort zu geben/ und das Recht zu vertretten schuldig und verbunden seyn.

Letstlichen soll ein jeder/ so diser Freyheit theilhafftig werden will/ der Obrigkeit/ oder verordneten Ober-Ambtleuten ein Eid mit auffgehebten Fingern zu GOtt/ und den Heiligen schwehren/ obangedeutete Articul sampt und sonders steiff/ vest/ und wahr zu halten/ darwider nicht zu thun/ noch schaffen gethon zu werden/ in einerley Weiß und Weg/ trewlich und ohngefährlich.

19. Cæterùm maximè dubitatur, & disputatur inter prudentes utriusque scholæ; *An in casu, quo profugus Asyli immunitate notoriè indignus est, Iudex loci delicti, reum criminis, propriâ authoritate extrahere, & avocare possit?* Distinguendum esse videtur, inter Asylum *Ecclesiasticum & seculare. Iudicem secularem*, profugum ad Ecclesiam, & immunitate indignum, propriâ authoritate, prehendendi & abducendi facultatem habere, censeo, nec Ecclesiastici præsulis requisitione opus est, aut tàm diu exspectandum erit, donec Episcopus consentiat. Nam cùm Ecclesia talem profugum suâ immunitate & privilegio defendere non possit, ideò nec ejusdem immunitas violata dici potest, si per vim extrahatur, siquidem frustra precibus impetratur, quod jure communi conceditur. *per cap. frustra, de Reg. jur. in 6.* ac nemini facit injuriam, qui jure suo utitur. Ideò,

T ut

ut hoc in casu firma sit regula: Quemcunque Reum Ecclesia protegere nequit, eundem quoque per vim comprehendere non potest. Alphons. de Azevedo *in Constit. Regn. Hispan. lib. 1. tit. 2. leg. 3. num. 19.* Quod confirmatur constitutione Imperatoris Justiniani *in Novell. 17. cap. 7.* Ubi expressè injungitur *præsidi Provinciæ*, ut facinorosos ab Ecclesia evellat & debitæ pœnæ subjiciat, *in verbis:* Neque homicidis, neque adulteris, neque virginum raptoribus terminorum custodies cautelam, sed inde extrahes, & supplicium eis inferes.

20. *Rationem* ibidem adfert Imperator: Nam non erit possibile utrumque tueri cautelâ sacrorum locorum, & lædentem, & læsum. *ubi Gothofred.* Quod *Hebræorum* juri quoque convenit, siquidem in veteri Testamento Moysi, tanquam executori Legis hæc extrahendi potestas injungitur. Exod. *cap. 21. vers. 14.* alicubi jus avellendi Reum ab Altari Regiæ potestatis fuisse legimus *lib. 3. Reg. cap. 1. vers. fin. & cap. 2. vers. 29.* Unde *Caroli Magni* legibus constitutum est, malefactores ad Ecclesiæ immunitatem confugientes, à Comitibus illius Provinciæ evocare licere, & ter negatâ redditione, inquiri ibi, atque inde extrahi, Episcopos verò id denegantes *triginta solidis* cum refusione damni & expensarum, mulctari potuisse. Angesis. *in legib. Franc. lib. 3. c. 26.* Quibus consentiunt Abbas Panormit. *in cap. inter alia. n. 29. X. de immun. Eccles.* Tiber. Decian. *lib. 6. cap. 30. num. 4.* Guilielm. Benedict. *in cap.* Raynutius. *verb. Vir. & uxor. n. 444.* Atque hanc extrahendi libertatem ab Ecclesia ipsi Magistratui Politico attribuit universa *Galliæ* consuetudo, attestante Guido. Papæo *decis. 121. in fin.* Nicol. Boër. *decis. 109.* De consuetudine *Italiæ* idem tradit Julius Clar. *§. fin. quæst. 30. num. 20.* Hanc extrahendi libertatem in *Hispania*

vige-

vigere scribit Azevedo *in dict. leg. 3. num. 19.* Imò hanc extrahendi consuetudinem in toto ferè terrarum orbe à Christianis receptam esse, refert Covarr. *lib. 2. var. resol. cap. 20. num. 17.* Quemadmodum *Veneti* hoc singulari Senatus Consulto *Anno MDXCI.* constituerunt apud Petr. Sarp. *de Asylis. c. 6. fol. 62.* Præter allegatos, *Episcopi consensum* necessarium non esse, scribit Paul. Christinæ. *vol. 2. decis. Belgic. 46. num. 16.* Georg. Rittershus. *de Asyl. cap. 8. num. 19.* Leibfrid *ead. dissert. thes. 15. lit. C.* Knippschild. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 28. num. 45.* Anton. Faber. *in Codic. tit. de his, qui ad Eccles.* Qui, tutiùs tamen esse, scribit, ut in omni casu Episcopi consensus requiratur; optimè Johann. Wamesius *Consil. 515.* Qui tradit *sub num. 3.* in facti contingentia *civiliùs & modestiùs fiet*, si Episcopi consensus requiratur, quem si non obtinebit Villicus, seu Sculterus, poterit suâ authoritate reum extrahere; Ab hac sententia recedunt Canonistæ, & qui moralia tractant, nec non quidam ex Juris-Consultis authoritate *Canon. definitiv. caus. 17. quæst. 4. & L. pateant. 3. ibi*, sine consensu Episcopi. *C. de his, qui ad Eccles. & multi alii.* inter quos reperies Ægid. Bossium *in oper. tit. de carcer. num. 24.* post plures Farinac. *de immun. Eccles. cap. 2. num. 6. & seqq.* Ambrosin. *eod tract. cap. 1. n. 2.* August. Barbosa *ad dict. can. definivit. 35. num. 3.* Anton. Diana *in oper. Moral. part. 1. tract. 1. resol. 14. & part. 4. tract. 1. resol. 24.* Stephan. Guazzin. *de defens. reor. defens. 1. cap. 31. per tot.* Quibus adstipulatur Jus Saxonicum, utpote jus Canonicum in multis imitans. *lib. 2. art. 10.*

21. Quod attinet *Asylum Seculare*, hanc liberam extrahendi facultatem Magistratui loci, ubi delictum commissum est, non competere, censeo. Idque ex hac *Ratione*: Quoniam reum deprehendi, & carceribus mancipari jubere non minimus est jurisdictionis effectus, secundùm Paur-

maister. *de jurisdiction. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 39. Cothman. *responſ. academ.* 31. *num.* 22. *& ſeqq.* Wehner. *in obſerv. Pract. verbo.* Gefängnus. Reinking. *lib.* 2. *claſſ.* 2. *cap.* 17. *num.* 79. *& ſeqq.* Ideò moribus Imperii hodiernis non permittitur Judici loci, reum criminis, ex Aſylo alterius jurisdictioni ſubjecto, propriâ authoritate extrahere. Quod nihil aliud, quàm turbatio jurisdictionis foret. *per text in l. fin. D. de offic. præfect. urbis.* Azevedo. *in Conſtit. Regn. Hiſpan. ad leg.* 3. *num.* 3. *&* 6. *lib.* 1. *tit.* 2. Reinking. *lib.* 1. *claſſ.* 5. *cap.* 1. *num.* 52. Harprecht. *ad §. in poteſtate* 5. *num.* 51. *inſtit. de his, qui ſui, vel alieni jur.* In terminis Leibfrid. *dict. diſſert. theſ.* 15. *lit. C.* Proinde criminis reus ad Reutlingenſe Aſylum profugiens, etiamſi non dignus ſit immunitate Aſyli, und wann er ſchon die Freyheit nicht leiden mag attamen è territorio Reutlingenſi avelli nequit, ſed per *literas requiſitoriales*, datis reverſalibus, petendus erit, ut ad debitam pœnam imponendam, ſiſtatur.

CAPUT XII.

De fine Aſylorum, & immunitatum, eorumdemque effectu.

SUMMARIA.

1. *Reos innocentes, aut qui culpâ magis quàm dolo deliquerunt, ſecuritates hæ conſolidant. Profugi* Φυγαδικῶσ *in perpetuo quaſi carcere viventes deportationis vices tolerant; Rationes priorum.*
2. Πρόσφυγασ *receptos Aſylum ſecuros, immunes totosque efficit inviolabiles. Etiam confinia Eccleſiarum protegunt. Determinant triginta paſſus Canones. Quibus locis eadem competat immunitas?*
3. *Academiæ paria ſecuritatum jura ambiunt. Secularibus aſylis ipſo Privilegio Cæſareo certas determinationes inſeri plu-*

plurimum conducit. Verba privilegii Reutlingensis. Neobirgensis.

4. *Biroariis, profugum extra loci securitatis fines deprehendisse fides: donec contrarium probetur: ut publicis nunciis habenda est. Itali quod statuunt. Florentia decernit. Delphinatus perhibet. Gallia demandat. Neapolitani præscribunt.*

5. *Securitatis personalis & realis scriptio. Profugus à securi loci Magistratu semel receptus, cæteris cum civibus ab omni injuria protegendus est: avelli nequit. Asyli deductio Scotiæ statuta.*

6. *Judicem loci confugam positis custodibus in Ecclesia obsidere & alimenta denegare, sicque constringere posse, Constantienses annuunt. Nordmanni præcipiunt. Galli perhibent. Lacedæmonii corroborant. Negativam Leges, Canones, & ipsa Æquitas suffulcit. Imperator Constituit. Saxo pronunciat. Nordmannia repugnat.*

7. *Immunitas hæc inviolabilis est, nec profugum dolo vel astutiâ evocatum necari permittit. Profugi immunitas stipulata servanda. Romanis bona fides est immutabilis & sancta.*

8. *Spe principali impunitatis evocato profugo securitate aliàs indigno, etiam semel data fides publica servanda est. Eadem nec hostes publicosve latrones defraudat. Sic neminem sub fide publica circumscribi leges ferunt.*

9. *Princeps loci confugæ securitatem eundi, redeundique facultatem despondens, eundem illibatum remittere consuescit? Fallere, sub fidei publicæ colore profugum, injuriosum est.*

10. *Ad asylla profugus satellitum blanditiis confidens evocatus, nulla amplius desiderat immunitatis jura. Vetita est extractio violenta, non voluntaria. Suam sibi habeat ἀντίστιαν. Dolus bonus quid? De jure non prohibitus.*

11. *Eliciundæ veritatis ergò Judex impunitatem promittens, fidem asservare non tenetur. Corrupta quæ sententia. Cautela. Distinctio.*

12. *Nec contra bona profugi, realis datur actio. Restrictiones priorum.*

13. *Ipsius Reutlingensis privilegii expressa verba. Homicidii culposi reus Reutlingam petiturus super facto ad pecuniariam*

infligendam pœnam accusari nequit.

14. Dubiorum incidentium resolutio. Profugi citati contumaces cum bonis propriis num possint annotari?

15. Wirtembergicum forum profugorum facilè annotari bona non permittit. Ad asyla confugiens pro fugitivo non habendus. Privilegium Reutlingense paria intendit.

16. Læsa pars profugum sui domicilii loco ex L. Aquilia convenire potest. Ratio priorum Imperatorum asyla indulgentium finis & intentio fuit subvenire fragilitati hominum. Tertium non lædere. Sic Imperator Leo sanxit. Callistrates effatus.

17. Creditori adversus debitorem confugam, civilem actionem intentare licet, eumque cogere ad comparendum. Contumacium bonis imprimis mobilibus creditor immittitur.

18. Ad Ecclesiam in fraudem creditorum & injuriam demto ære tendens profugus, gaudebit equidem securitatis jure, sed ejusdem bona fraudulenter abrepta, Tutela odit; & auferrenda sunt.

ASyla non constituuntur ad hunc finem, ut facinorosi & rei profugi omnino evadant immunes; publicè enim interest, ne delicta maneant impunita, secundùm Julian. *in l. ita vulneratus. 51. in fin D. ad l. Aquil.* Sed ut *refugium* præstent miseris, qui humanâ fragilitate, vel casu in aliquod crimen incurrerunt. Jul. Clar. *§. fin. quæst. 30. num. 1. in fin.* Proinde in hunc finem præcipuè aperiuntur Asyla, ut reis innocentibus, aut qui culpâ magis, quàm dolo delictum commiserunt, tutum hospitium præbeant adversus vim potentiorum, aut iram iniqui Judicis, quo reus profugus hoc refugio, carceris squalorem, & molestiam evitare, atque ex loco isto privilegiato causam suam in libertate absque compedibus, auff freyen Fuß / defendere possit. Carol. Molinæ. *ad Alexandr. consil. 145. num. 3. lit. A.*

lit. A. Ubi graviter reprehendit *Canonistas*, qui omnimodam immunitatem concedunt. Besold. *in pracognit. dig. lib.* 1. *ad leg.* 3. *quaest.* 25. *in fin.* Georg. Rittershus. *de Asyl. cap.* 7. *num.* 2. Knippschild. *de Civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 28. *n.* 25. Leibfrid. *dict. dissertat. thes.* 16. *lit. A.* Ubi optimè tradit, quòd profugi ad Asyla, non omnino impunè ferant delicta commissa, siquidem ibidem in *perpetuo* quasi *carcere* (seu magis deportatione) vivere cogantur: Attamen latiùs aliquantò finem Asylorum describit *Martinus Magerus*, dum tradit: *Intentio & finis Asylorum fuit prima, ut quibus facilè Numen verisimiliter parceret, iisdem ad id vel ejusdem Templum confugientibus parcatur, ac illi relinquantur Deo puniendi, tanquam de majori foro facti: Sicuti enim minor judex seu subordinatus non cognoscit de his, quae sunt jurisdictionis superioris, aut extra forum per l. fin. D. de jurisdict. cap. at si clericus X. de Iudic.* Sic etiam homo non cognoscit de his, quae reservata sunt Dei Judicio. *cap si omnia. caus.* 17. *quaest.* 1. Haec Magerus *de advocat. armat. cap.* 15. *num.* 99. post Tholos. *de Bepubl. lib.* 13. *cap.* 22. *num.* 4.

2. Asylorum, eorumvè privilegiorum *Effectus* est, ut profugi ibidem recepti & immunitate digni judicati, contra vim & injuriam securitatem liberamque permanendi facultatem habeant, adeò ut ob loci reverentiam & sanctitatem, (tanquam quadam sanctione Imperiali muniti) inde inviti evelli, & abduci nequeant. *tit. C de his, qui ad Eccles. confug tot. tit. X. de immunit. Eccles.* Martin Magor. *de advoc. armat. cap.* 15. *num.* 72. & 73. Rittershus. *de Asylis. cap.* 10. *num.* 7. Leibfrid. *dissert. thes.* 18. Ubi de poena violatorum Asyli, praesertim verò de violatorum poenis latiùs agit Stephan. Guazzin. *defens. reor.* 1. *cap.* 30. *& per tot. & cap.* 29. Ubi de extractione ab Ecclesia Sanchez. *con-*

sil.

fil. moral. lib. 6. *cap.* 1. *dub.* 7. *per tot.* Quæ securitas profugum tuetur non tantùm in ipsa Ecclesia, sed etiam inconfiniis Ecclesiæ. *per l. præsenti.* 6. *in pr. C. dict. tit.* Quod canonistæ plerunque *triginta* Ecclesiæ passibus dimeriuntur & determinant. *per Can. sicuti antiquitùs*, & *definitiv. caus.* 17. *quæst.* 4. Ambros. *de immunit. Eccles. cap.* 10. *num.* 4. Farinac. *quæst.* 28. *num.* 12. Mager. *dict. cap.* 15. *n.* 73. Quod variè ex variis deducit Stephan. Guazzin. *de defens. reor. defens.* 1. *cap.* 37. *num.* 6. & *seqq.* Eandem immunitatem attribuunt Canonistæ quoque *Cæmiterio: Portui* Ecclesiæ adhærenti: *Ianua* Ecclesiæ; *Hospitali* Episcopi authoritate fundato: *Monasterio* Religiosorum: *Palatio* Episcopi: *Domui* Cardinalium. Quæ omnia latiùs pertractat Farinac. *de immunit. Eccles. num.* 262. Decian. *lib.* 6. *de crimin. cap.* 24. Stephan. Guazzin. *dict. cap.* 37. *num.* 13. & *seqq.* latè August. Barbosa *ad cap. Ecclesiæ.* 9. *per tot. X. de immunit. Eccles.* Matth. Chuno *tract. de pact. cap.* 23. *num.* 40. Anton. Diana *in moralibus. part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 1 & *seqq.* Leibfrid. *de Asylis. th.* 11. *lit. A.*

3. Veruntamen, quoniam *Academiæ* cum Ecclesiis æquali Religionis jure sociantur, utpote pietatis, & omnium virtutum studiorumque officinæ: Inde quæritur, *An etiam Academiæ, eisque dicata, & consecrata loca, instar Ecclesiarum, profugis securitatem præstent?* Sanè Academias jus Asylorum habere, consequenter eò confugientes, sine venia & permissu Rectoris Academiæ, illinc abduci non posse, tradunt Horat. Lucius *de Privileg. student. Privileg.* 51. Decian. *de crimin. lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 11. Clarus §. *fin. quæst.* 30. *num.* 25. Quos refert & sequitur Matth. Stephan. *ad Novell.* 17. *num.* 10. Ac quòd non liceat Scholares pro aliquo delicto è Scholis extrahere, de consuetudine servari

attesta-

attestatur *Rebuffus* qui refert, quosdam ea de causa fuisse suspensos *in tract. de Privileg Scholar. Privileg* 102. Rittershus. *de Asyl. cap* 3. *num.* 29. Guazzin. *de Scholari loquens dict. tract. defens.* 1. *cap.* 39. *num.* 63. Veruntamen vix est, ut illud de jure defendi possit. *Seculare Asylum* quandoque civitatis Territorio determinatur, quandoque ipsis *mœnibus* clauditur, ad evitandas autem varias contentiones melius est, & tutius, ut termini Asyli in ipso Cæsaris Privilegio definiantur, sicuti in Asyli Privilegio *Civitati Reutlingensi* concesso, totum territorium profugo securitatem confert, in verbis: **Daß alle dergleichen Personen in der Stadt Reutlingen/ Zehenden/ und darzu gehörige Eltern/ Freyung haben sollen.** apud Knipschild. *dict lib.* 3. *cap.* 44. *num.* 28. In Asyli Privilegio *Civitatis Neobirgensis*, in agro Wirtembergensi jacentis fines securitatis definiuntur: **Umb und an der Stadt also nahe/ daß man möchte mit einem Wappen-Handschuch werffen biß an die Stadt-Maur.**

4. Sed pulchra hîc oritur quæstio; *An Biroariis, lictoribus, aliisve insectantibus reum profugum ad Asylum, credendum sit; si asserant, quòd profugum extra Asylum, aut fines Asyli ceperint? An verò reo capto, dicenti se in territorio Asyli deprehensum fuisse?* Sanè *Decianus* & *Mantua*, consulendò asserunt quòd isti *biroarii*, & *lictores* sub spe lucri non vereantur mentiri, cùm sint *Ribaldi*, & multa mala committere soleant: Proinde illis fidem contra reum non esse adhibendam, *per cap. indicas ibi.* nec uni parti in discrimen alterius credere. *caus.* 3. *quæst.* 9. Veruntamen *contraria sententia* verior est, per hanc rationem: Apparitori & cuivis alii nuncio publico; de negotio ad sui officii executionem pertinente attestanti, tàmdiu creditur, donec contrarium à reo fuerit probatum. *per l.* 1. § *quies* 12. ibi:

Stationarii ad referendum sibi quid in urbe agatur. *D. de offic praefect. urb.* Hinc Saltuario, de officio sibi commisso, referenti, creditur *per l. si ita.* 16. *§.* 1. *ibi:* per saltuarium *D. de Usu & habitat.* Craverta. *Consil.* 19. *num.* 6. Simili jure & ratione *Nuncii* relationi, circa insinuationem citationis factae, statur; R. A. zu Speyer. *de Anno* 1600. §. demnach auch. Andr. Gail. *lib.* 1. *observ.* 54. *n.* 4. Ita in terminis generalibus tradunt Natta *Consil.* 311. *per tot.* latissimè pro & contra Herman. Stamm. *de servit. personal lib.* 2. *cap.* 20. *per tot.* In terminis verò profugi ad Asylum, nobiscum censent Petr. Caball. *in resol. crimin. casu.* 171. *num.* 6. Ubi attestatur hanc opinionem practicari in *Italia, Florentia, & Delphinatu, Galliae provincia.* Bajard. *ad Clar.* §. *fin. quaest.* 30. *num.* 24. Joseph. Ludov. *decis.* 1. *num.* 4. Mascard. *de probat. Conclus.* 189. Steph. Guazzin. *de reor defens. def.* 1. *cap.* 37. *num* 73. Ubi declarationem adjungit. Benè ibidem deducit Joan. Aloys Ricc. *in prax. var. resol.* 42. *per tot.* Variè distinguit Farinac. *de immunit. Eccles. c.* 2. *num.* 54. Dissentit Decian. *in prax crim. lib.* 6. *c* 29. *n* 10. *ac respons.* 4. *num.* 63. *vol.* 6. Bursat. *consil.* 216. *num.* 88. *vol.* 2. Marc. Mantua. *consil.* 60. *num.* 9. *vol.* 1. Vivius *commun. opinio* 556. *num.* 4. *lib.* 3. Qui de consuetudine *Regni Neapolitani* loquitur. De *Regni Galliae* consuetudine consentit Petr. Rebuff. *ad Constit Regn. Galliae tom.* 3. *tr. de citatio art.* 1. *Gloss.* 2. *n.* 1. *& seqq.*

5. *Securitas* haec vel est *personalis*, respiciens profugi personam cum annexis, veluti consortium, inviolabilitatem & alimenta: vel *Realis*, tangens ipsius profugi bona tàm mobilia, quàm immobilia, Farinac. *de immunit. Eccles. cap.* 2. *num.* 55. Profugus in loco Asyli semel receptus, inde extrahi non potest, *sed plenam securitatem* habet, non ali-

ter,

ter, quàm cæteri cives; adeò, ut contra vim, & injuriam à Magistratu loci, contra quoscunque defendatur, & protegatur, ne quidquam damni vel nocibilitatis, profugo à quocunque inferri; multò minùs reus ab Asylo avelli, aut extrahi possit. *per text. in Can. diffinivit. ibi:* nihil nocibilitatis. *caus.* 17 *quæst.* 4. *l præsenti.* 6. *C. de hiis, qui ad Eccles.* Georg. Rittershus. *de Asylis. c.* 2. *&* 7. Leibfrid. *ead. dissert. thes.* 17. Stephan. Guazzin. *de defens. reor. defens.* 1. *cap.* 29. *& seqq.* Besold. *lib.* 1. *delibat. tit. de Asyl. fol. m* 59. Deducitur namque Asylum à particula privativa α, & συλάω, quod significat *rapio, spolio, aufero,* inde vis asyli hæc est, ut profugus, semel receptus, inde sub pœna capitali extrahi nequeat, sed plenâ securitate gaudeat. *per l. fin. in pract. C. dict tit.* Rittershus. *dict. tract. cap.* 1. *num.* 1. Leibfrid. *dict. dissert. thes* 1. *&* 2. Matth. Stephan. *ad Novell.* 17. *num.* 5. Ita in *Regni Scotiæ* Statutis *Regis VVilhelmi. in cap. de injuria facta alicui in Asylo,* cautum est, ut is, qui in aliquo loco, veluti in *Girth hoill,* vel alibi, ubi quispiam postulat pacem Domini Regis, malo Zelo levat pugnum, ad alium percutiendum, & hoc per duos homines fideles possit probari, Domino Regi quatuor vaccas, & ei, quem percutere volebat, unam vaccam dare teneatur. Sin vero percutiat cum pugno, non extrahendo sanguinem, Domino Regi sex vaccas, & ei, quem percussit, duas vaccas, in legitimam pœnam solvere debet. Joan. Skenæus *in Constit. Regn. Scotiæ. tit. de Statutis VVilhelmi Reg. cap.* 5. *per tot.*

6. Quæritur autem hoc loco: *An Iudex ad constringendum profugum, qui tale delictum commisit, ob quod delinquens ab Ecclesia, vel Asylo extrahi non possit, positis custodibus Ecclesiam obsidere, ac ne alimenta ad eam deferantur, mandare possit?* Hoc in quibusdam locis *usu* receptum esse, testatur, & aliquot

exempla recenset Covarr. *lib. 2. var. resol. c. 20. n. 17.* Ac memini hoc aliquando in Civitate *Constantiensi* ad lacum Bodanicum contigisse, quum quidam *Italus* suum contubernalem & conterraneum in platea publicè occiderat, & refugium in Ecclesia, & Collegio PP. Societatis sumpserat, Magistratus loci Ecclesiam unà cum collegio per aliquot septimanas armatâ manu obsedit; pro quibus facit *text. in dict. l. præsenti. 6. §. fin. C. de his, qui ad Ecclesiam*, qualem Consuetudinem in *Nordmannia*, *Galliæ* provincia, vigere tradit Joan. Ignæus *in l. 1. num. 9. & 21. D. ad SC. Syllan.* Apud Plutarchum legimus, quòd *Lacædemonii*, Pausaniam patriæ proditorem in æde Palladis, lapide ad introitum ædis, ex consilio matris admoto, ne egredi posset, fame mori coëgerunt: Plutarch. *in parall. cap. 21. & 22.* Vide quoque Stobæum *serm. 37.* Verùm tamen *Negativa*, sententia & legibus, & Canonibus, & ipsâ æquitate fulcitur: *per text. in l. præsenti. 6. in fin. princip. C. de his, qui ad Eccles. confug.* Ubi disertis verbis *Imperator Leo* constituit: *Ne in ipsis reverendis Ecclesiis ita quemquam detineri, aut constringi patiatur, ut ei aliquid victualium rerum, vel vestis, negetur, aut requies.* Cui convenit *text. in Can. diffinivit. caus. 17 quæst. 4.* Diffinivit, (inquit) *Sanctum Concilum, ut nullus audeat confugientes ad Ecclesiam, vel residentes inde vi abstrahere, aut quodcunque nocibilitatis, vel damni, vel spolii, residentibus in loco sancto, inferre.* Id quòd cùm verum sit in Asylo Ecclesiastico, differentiam nullam video, cur id jus non æquè in Asylo seculari locum habeat: siquidem hæc assertio in ipsa æquitate fundata est: Nam si Reum confugientem ad Asylum, propter delictum culposum, necare non possum, eâdem ratione nec victum & amictum intercipere licet, per regulam, quâ dicimus: Necare videtur, qui alimenta denegat; Et alio in loco: Si non pavisti, occidisti;

cidisti: Ex eâdem securitatis ratione, nec custodibus circundare licet Ecclesiam aut Asylum; siquidem carceratus dicitur, qui est sub custodibus: eò quòd non potest ire quò desiderat. *l. qui neque. D. de verb. signif.* Bart. *in l. qui carcerem. num.* 1. *D. quod met. caus.* Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 17. *num.* 10. *& seqq.* Qui optimè hoc deducit; Ac servitutis species est, si quispiam alicubi locorum morari jubeatur; *per l. nec non.* 28. *§.* 1. ibid. dum propter hoc recedere non potest, captus est. *D. ex quibus caus. major.* Amaya. *lib.* 2. *observ. cap.* 6. latè Doctor Marta *Consil.* 1. *per tot.* Cui jam allatæ resolutioni adstipulatur jus Saxonicum. **Die/ so in die Kirchen fliehen/ soll man nicht mit Gewalt herauß nemmen/ sondern man soll sie darinn bewahren/ und ihnen kein Leibs-Nahrung entziehen.** Specul. Saxon. *lib.* 2. *art.* 10. *in Gloss. num.* 8. *in fine.* Ita post alios tradit Hostiensis *in cap. inter alia.* 6. *num.* 1. *X. de immun. Eccles.* Ubi graviter reprehendit Principes seculares, quòd confugientes ad Ecclesiam obsessos detinent, ad effectum ei denegandi vestem, victualia & requiem. latè Joan. Igneus *in l.* 1. *num.* 47. *& seqq. ad SC. Syllan* Qui redarguit acriter *Nordmandiæ* consuetudinem contrarium tenentem. Decian. *lib.* 6. *cap.* 27. *in fin. num.* 6. post alios Farinacius latè pro more *dict. tract. cap.* 19. *num.* 299. Mar. Giurba *Consil.* 100. *num.* 26. Ambrosin. *dict. tract. cap.* 11. *num.* 7. Azevedo *in constit. Regn. Hispan. ad leg.* 3. *num.* 22. *lib.* 1. *tit.* 2. Joan. Petr. Surd. *tract. de alimentis. tit.* 1. *quæst.* 73. *num.* 2. *ac tit.* 9. *quæst.* 17. *num* 5. Qui hanc consuetudinem penitùs rejicit. Barbosa *ad l.* 5. *num.* 12. *C. de his, qui ad Eccles.* Guazzin. *de reor. dedefens.* 1. *cap.* 32. *num.* 6. Rittershus. *de Asylis cap.* 9. *num.* 4. Leibfrid. *eâdem dissert. th.* 17. *quæst. ult.*

8. Et hæc semel acquisita immunitas & securitas, ita in-

violabilis est, ut profugus nec *Dolo*, vel *Astutiâ* evocari, aut evocatus condignâ pœnâ affici possit, dolus namque hoc in casu vi æquiparatur: Quamvis articulus hic valdè & variè à Doctoribus disputetur, sicuti videre licet apud Farinac. *de immunit. Eccles. cap* 19. *num.* 301. Sanchez *in Consil. moral lib.* 6. *cap.* 5. *dubit.* 12. Baiard. *ad Clar. quæst.* 30. *num.* 2. & 27. Proinde hanc subjicio quæstionem, *An profugus evocatus sub promissione impunitatis, à loco Privilegiato aut ab Asylo, à Principe, aut Magistratu loci commissi delicti, adeò immunis evadat, ut promissa fides eidem servanda sit, nec debitâ pœnâ affici queat?* Ac hanc promissionem omnino servandam esse assero. *Primò*, per hanc rationem; Quoniam Justitiæ officium est & munus, suum cuique tribuere, *per l.* 10. *D. de justit. & jur.* Quòd si Justitia suum cuique tribuit, consequens est, ut etiam facinoroso & profugo ob delictum commissum suum tribuatur, id est, ut ei impunitas promissa & stipulata servetur, seu custodiatur. Fides enim (*secundùm Ciceronem*) est Justitiæ fundamentum. Cicero. *in offic. lib.* 1. cùm grave sit, fidem fallere: ac ipsi Imperatores rescripserunt, iniquum esse, ut quispiam principali authoritate circumscribatur. *in l.* 1. *C. de his, qui ven. ætat.* quòd latissimè deducit Ludov. Peguera *decis. Catholon.* 39. *num.* 2. & 3. Quò facit, *Secundò*, & hæc ratio, quòd tàm sancta & inviolabilis fuerit bonæ fidei observatio apud *Romanos*, ut etiam Prædoni de re, quam deposuit, contra depositarium detur actio, & rei depositæ repetitio: Habent enim latrones communionem juris Gentium, *arg. l.* 1. *§. si prædo.* 39. *l. bona fides.* 31. *D. depositi.* & contractus cum proscriptis & damnatis servandi sunt. *l.* 17. *D. de pœnis. ad l. bona fides.* 31. *D. deposit.* Hottoman. *quæst. illust.* 7. Petr. Gudelin. *de pace. c.* 10. *fol. m.* 53. Valent. Guilielm. Forster.

tract.

tract. de pactis. cap. 4. *num.* 62. Hunn. *eod. tract. cap.* 3. *quæst.* 13 *per tot.* Utique ergò confugo ad Asylum promissa impunitas servanda erit. Præterea, *Tertiò*, confirmatur hæc assertio exinde, quòd Principi Imperii, aut Magistratui cum jurisdictione competat jus concedendi gratiam, & impunitatem, *arg. l. relegati.* 31. *D. de pœnis. leg. pen. D. ad l. Corn. de sicar. l. Imperialis.* 23 *in pr. C. de nuptiis. l. rescripta. C. de precib. Imper. offer.* Vander. Græf. *de Regalib. cap.* 20. *num.* 5. Mœstert. *tr. de justit. leg. Roman. Dubit.* 22. Quæ gratia, seu dispensatio semel concessa, mox effectum impunitatis habet, adeò, ut profugus jus acquisitum ex hac concessione habeat, quod ei sine summa injuria amplius aufferri nequit, cùm contractus Principum vim legis habeant, ac firmissimè servandi sint; *per l. donationes C. de donat. inter V. & V. l. Cæsar.* ubi Bartolus *D. de publican.* Udalr. Zasius *Consil.* 13. *num.* 1. *lib.* 1. Decian. *Consil.* 25. *num.* 26. *lib.* 1. latè Matth. Chuno. *tr. de pactis. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 38. *& seqq.* Undè optimè Aristotiles ait: *Infirmatis violatisque pactis, tollitur inter homines commerciorum usus.* Arist. Rhetoric. *ad Theod* 1. *cap.* 15. Ac generosè differit *Barida*, de fide servanda: *Iis* (inquit) *qui in dignitate sunt, turpius est fraude honestâ circumvenire, aut lædere, quàm vi apertâ*; apud Thucidid. *lib.* 4. *Cicero* idem attestatur; Populum Romanum omnibus quidèm virtutum generibus exercendis colendisque è parva origine ad tantæ amplitudinis instar emicuisse, sed omnium maximè atque præcipuè fidem coluisse, sanctamque habuisse, tàm privatim, quàm publicè. Joan. Ceremat. *de recta Regni administrat. cap.* 32. *per tot.* Lipsius *in Polit. lib.* 2. *cap.* 14. Carol. Scriban. *in Polit. Christian. lib.* 2. *c.* 15. Carol. Eman. Vizzan. *de mandat. Princip. cap.* 6. *num.* 4. Ita in terminis generalibus in casu,

quo reus sub promissione impunitatis delictum confitetur, tradit Hippol. de Marsiliis *Consil.* 32. *num.* 21. *& seqq.* Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 55. *num.* 9. Matth. Cuno *dict. cap.* 23. *num.* 35. *& seqq.* Valent. Guilielm. Forster. *de pactis cap.* 4. *num.* 68. latissimè in terminis promissæ securitatis Petr. Premus *de securitate publica quæst.* 7. *per tot.* Carpzov. *in crimin. quæst.* 150. In terminis verò rei evocati sub promissione impunitatis ab Asylo consentit Cynus *in l. præsenti C. de his, qui ad Ecclesʃ. confug.* Covarr. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 20. *num.* 16. Farinac. *quæst.* 81. *num.* 282. *& de immunit. Eccles. cap.* 19. *num.* 301. Quod latè probat Azevedo *in Constit. Regn. Hispan. ad leg.* 3. *num.* 14. *&* 20. *lib.* 1. *tit.* 2. Simanca *in instit. cathol. tit.* 13. *num.* 12. Stephan. Guazzin. *de defens. reor. defens.* 1. *cap.* 35. Quàmvis *dissentiat*, nec fidem servandam esse censeat Everhard. *Consil.* 34. *num.* 4. Garsia *ad l. conventionum. num.* 15. *D. de pact.* rationes vide apud Matth. Cuno *dict. cap num.* 23. *sub num.* 44. Cattel. Cotta *in memorabilib. verb. dolus bonus.* Qui authores varios in contrarium operosè congessit *num.* 2. *& seqq.*

8. Hanc resolutionem *ampliando*, *Primò*, veram esse dico, *etiamsi* profugus ad Asylum, ac sub spe & fide principali impunitatis evocatus, aliàs securitate & immunitate indignus foret: Hôc enim casu nihilominus fides publica à Principe semel data, sanctè & intemeratè servanda erit, cùm etiam hosti & latroni publico fides data servanda sit: Valent. Guilielm. Forster. *de pactis cap.* 4. *num.* 26. Vizzan. *de mandat. Princip. cap.* 6. *num.* 29. Ne quispiam sub fide publica circumscribatur *l.* 1. *C. de his, qui ven. ætat.* Farinac. *de immunit. Eccles. cap.* 19. *num.* 301. Vizzan. *de mandat. Princip. cap.* 6. *num.* 24. Mastril. *lib.* 2. *decis.* 169. *num.* 12. latè Carpzov. *in crimin. quæst.* 149. *num.* 9. Dissentit post allegatos

gatos Steph. Guazzin. *dict. cap.* 35. *n.* 1. Ignæus *ad leg.* 3. *§. si ex stipulatu. n.* 46. *D. ad leg Syllan.* Bajard. *ad Clar. q.* 30. *n.* 2. Alciat. *lib.* 3. *de præsumpt c.* 33. *n.* 5.

9. *Ampliatur, Secundò* hæc resolutio in casu, quo Princeps promisit criminis reo & profugo non impunitatem, sed securitatem eundi, & redeundi, sicher Glait/ von und zum Rechten/ quo casu profugus evocatus, & comparens, ad locum Asyli sine ullo impedimento remittendus est. Covarr. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 30. *n.* 27. Guazzin. *dict. tract. cap.* 35. *n.* 2. Ignæus *ad leg.* 3. *§. si ex stipulatu. n.* 65. *D. ad leg. Syllan.* Qui ait: injuriosum esse, profugum sub colore fidei publicæ fallere. Azevedo *in dict leg.* 3. *n* 13. Afflictis *decis.* 4. *n.* 2. Quod amplificè Matth. Cuno *dict. cap.* 23. *n.* 44. & 47. Et latè deducit Petrus Premus *de securit. publ. qu.* 7. *per tot.* Matth. Coler. *decis.* 164. *per tot.* Fortun. Garcia *in d. l. conventionum. num.* 5. *D. de pactis.* Dissentit aliquatenus Covarr. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 2. *in fin.*

10. Quæritur ulteriùs per modum limitationis, *An profugus ad Asylum vel Ecclesiam, per satellites & lictores blandis verbis & impunitate promissâ evocatus, securitate ita gaudeat, ut Asylo restituendus sit: nec pœnâ debitâ affici possit?* Quod *negandum* esse censeo, *per text. in l. pateant. §. proinde* ibi: quibus si perfuga non abnuit, neque consentit. *C. de his, qui ad Eccles Can. uxor. caus.* 17. *quæst.* 4. *Tùm,* quòd violenta tantùm extractio, non verò voluntaria prohibetur, *in cap. inter alia.* ubi Anton. de Butrio *X. de immunit. Eccles.* sibi autem imputare debet profugus, adhibendo lictoribus, utpote Justitiæ ministris, fidem impunitatis, quòd tàm facilè crediderit promissioni, aut assertioni satellitum, qui promissiones, tanquam de re extra eorum potestatem, servare nequeunt: *per cap. sicuti antiquitùs. &*

Can. Constituimus causf. 17. *quæst.* 4. Remig. de Gonny. *de immunit Ecclesf q* 15. *fallent.* 26. *n.* 6. *Tùm*, quòd dolus bonus in jure non censeatur prohibitus *per l.* 1. *§. non fuit. D. de dolo malo.* Ubi Anton. Faber. & Doctores. Dolus autem bonus dicitur, quo erga reum criminis utimur: Nam etiam blanditiæ in jure Civili concessæ sunt, in hunc finem, ut quempiam ad nostram intentionem, inducamus. *arg. l. fin. C si quis aliq. test. prohib.* Cuno *de advocato loquens, dict. cap.* 23. *n.* 8. ita in terminis Anton. de Butrio *n.* 5. Panorm. *n.* 10. Hostiensf. Zabarella & Canonistæ *ad cap. inter alia. X. de immunit. Ecclesf.* Joan. de Vischis. *tract. de immunit. Eccl. n.* 6. Cavalcan. *part.* 1. *decisf. in Repert. verb. Iudex Ecclesiasticus. n.* 4. latè Prosper. Farinac. *dict. tract. cap.* 19. *num.* 302. *&* 303. Quamvis dissentiat Sylvester *in summa verb. immunitas quæst.* 6. Gomez. *lib.* 3. *var. resol. de delict. cap.* 12. *num.* 7. Covarr. *lib.* 1. *var. resol. c.* 20. *n.* 16. post alios Garsf. Mastrill. *decisf.* 169. *n.* 13.

11. *Limitatur, Secundò*, superiùs adducta resolutio in judice, *delegatam jurisdictionem* à Principe territorii habente; Nam si Judex inferior impunitatem promittit, ut veritatem eliciat, fidem servare nec potest, nec debet: Quàmvis non benè & candidè agat, promittendo ea, quæ præstare nequit; Petr. Premus *tract. de securit. qu.* 7. *fol. m.* 63. *Tùm* quòd Judex inferior pœnam corporalem delinquenti remittere nequit. *l. ad bestias.* 31. *D. de pœnis l. pen.* ubi Gothofred. *D. ad l. Corn. de sicar. l.* 2. *C. de desertoribus. lib.* 12. A. Gellius *lib.* 10. *Noct. Atticar. cap.* 15. Siquidem judicis inferioris officium est, non tantùm inquirere, sed & punire. *per l.* 13. *D. de offic. præsid. l.* 51. *§.* 2. *D. ad l. Aquil. l.* 1. *in fin. D. de quæst.* Corruptæ namque dicuntur sententiæ, quæ legibus sunt mitiores *l. Iudex. D. de re judicat.* Andr. Tiraquell *de pæn. temper. num.* 21. Ac publicè interest, ut difficulter

culter pœnæ remittantur, ne quispiam facilè ad maleficia resiliat. *per l. 14. C. de pœnis. l. jus publicum. D. de pactis:* Carpzov. *in crimin. quæst.* 150. *num.* 52. *&* 53. *Tùm* quòd permissa est simulatio ad veritatem inquirendam propter utilitatem publicam. *Can. utilem. caus.* 22. *quæst* 2. Ita in terminis promissæ impunitatis & concessi salvi conductus tradit Afflictis *decis.* 4. *num.* 2. ubi Cæsar Ursillus *num.* 6. & aliii additionatores *in fine op.* Cephal. *Consil.* 504. *num.* 135. Idque variis rationibus comprobat Matth. Cuno *de pactis lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 3. *& seqq. ac num.* 57. Valent. Guilielm. Forster. *eod. tract cap.* 4. *num* 69. Petr. Premus *tract. de securit. publ. quæst.* 7. *fol.* 15. Carpzov. *dict. quæst.* 150. *Regul.* 2. *num.* 49. Quod probe notandum esse censeo Præfectis civitatum in Ducatu Wirtembergico, & Tecciaco, ne profugis in Reutlingense Asylum impunitatem promittant, ut ad comparitionem evocentur, cùm talem & tantam promissionem dare, ut effectum habeat, in eorum potestate minimè consistat, sed totam causam ad Judicium Concellariæ supremum remittant; Caveant igitur profugi, ne nimium credant hisce fidantiis, & promissionibus. Quàmvis dissentiat Farinac. *quæst. crim.* 29. *num.* 59. *&* 56. Cancer. *part.* 2. *var. resol. cap.* 2. *num.* 314. Sanchez. *consil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dubit.* 12. *per tot.* latè Peguera *decis.* 39. *num.* 2. & operosè post allegatos Carol. Eman. Vizzan. *de mandat. Princip. cap.* 6. *num.* 25. Additâ tamen hac distinctione, *Primò*, inter concessam impunitatem, & datam fidantiam, seu salvum conductum. Juxta Cunon. *dict. cap.* 32. *n.* 41. *&* 52. *Secundò*, inter salvum conductum temporalem, & perpetuum, secundùm Afflict. *decis.* 4. *num.* 2. vide Petr. Premum *de securit. publ. fnl. m.* 65.

12. *Bona* profugi ad Asylum, vel Ecclesiam, quod attinet, ea plenam quoque securitatem habere, ut contra bona actio realis institui non possit, tradit post alios Farinac. *dict. tract. cap. 2. num. 55. & cap. 19. num. 300. per cap. diffinivit.* ibi: aut quodcunque nocibilitatis, vel damni, seu spolii, residentibus in loco sacro inferre. *caus. 17. quæst. 4.* ubi Archidiac. & Canonistæ *l. fin. in fin. princip. C. de his, qui ad Eccles.* Joh. de Vischis *de immunit. Eccles. num. 57.* Barbosa *ad d. l. præsenti. fin. num 12. C. de his, qui ad Eccles.* Veruntamen cum hæc assertio sit nimis generalis, & indefinita ideò distinctè hoc in casu procedendum est. *Primò, Principem ac Magistratum loci, ubi profugus delictum perpetravit in loco domicilii contra profugum in contumaciam ad pœnam, sive pecuniariam, sive corporalem, procedere non posse censeo:* Ad hunc effectum, ut pœnâ impositâ de bonis profugi sitis, in territorio judicantis quidpiam aufferre queat, argumento adductarum constitutionum. *per text. in cap. inter alia.* ibi: neque damnari ad mortem, vel ad pœnam. *X. de immun. Eccles. cap. id constituimus. caus. 17. q. 4.* *Tùm*, quod profugus semel receptus in Asylo, & pro digno declaratus, suum domicilium & forum, ratione commissi delicti, acquisivisse videtur, adeò, ut citatus à Magistratu loci pro vero contumace censendus non sit: *Tùm*, quòd ex delicto à profugo commisso, actio personalis oriatur, non verò realis, ideò contra personam, in loco sui domicilii, ex Cæsareo indultu privilegiati, agendum erit, adeò, ut citatus locum securitatis egredi non tenetur, ita post alios Azeved. *part. 2. lib. 9. cap. 9. tit. 12. dubit. 12. n. 119.* Barbos. *de jur. Eccles. lib. 2. cap. 5. num. 16.* Anton. Diana *part. 6. tract. 1. resol. 33.* Ubi tradit: Profugum nec exilio, nec ad triremes, nec ad verbera condemnari posse.

13. Sanè

13. Sanè hic *Casus* jam olim prævisus, & in privilegio Cæsareo Asyli Reutlingensis sequentibus verbis decisus fuit: ibid. Daselbst umb solche Todschläge zu Recht nicht angefallen/ gestellt/ noch beklagt werden/ noch auch/ dieweil sie in derselben Stadt Reutlingen/ und solchen ihren Zehenden und Ettern wonhafftig seynd/ und sich derselben Freyheit gebrauchen/ an unsern und deß Reichs Hof-Gericht zu Rothweil/ noch einigem Land-Gericht/ oder andern Gerichten/ derohalben wider sie/ ihr Leib oder Güter/ nicht gericht/ geacht/ geurtheilt/ noch procedirt werden/ wo es aber darüber beschehe/ daß solch Urtheil und Process kein Krafft noch Macht haben. Leibfrid. *dict. dissert. th.* 17. *lit. C.* Quàmvis dissentiat *Decianus, Guazzinus, & alii,* qui tradunt, quòd Judex secularis possit procedere in contumaciam profugi ad pœnam condignam delicti, nec curare debeat habere in manibus reum per extractionem ab Ecclesia, si illum non posset punire Tiber. Decian. *de crim. lib.* 6. *cap.* 36. *n.* 10. post Clarum Steph. Guazzin. *de defensione reor. defens.* 1. *cap.* 37. *num.* 72. Aliter Farinacius, *qui scribit* quòd Judex Ecclesiasticus profugum in Ecclesia existentem, pœnâ pecuniariâ punire possit, *per Can. Reum.* 9. ibi: Tamen legitimè componat, qui iniquè fecit. *caus.* 17. *quæst.* 4. *propter* Glossam Archid. Bellarm. Panorm. *& alios ibidem, in verb. Reum.* Farinacius *dict. tract. cap.* 21. *n.* 330. *verb. tamen n.* 335. August. Barbosa *ad dict. canon. Reum.* 9. *num.* 2. quibus contradicit Leibfrid. *dict. dissert. de Asyl. th.* 17. *lit. C.* Ex quibus jam deductis asserendum est, quòd si quispiam è Palatinatu aut ex Suevia homicidii culposi Reus, & ad Reutlingense Asylum confugiens, loco domicilii de jure communi in super facto, ad infligendam pecuniariam pœnam, nisi aliæ circumstantiæ concurrant, non facilè accusari possit.

14. Hinc fluit *Resolutio quæstionis*, & *usus* qui aliquoties in Ducatu nostro contigit: Nam jure nostro Wirtembergico ab antiquo constitutum est, ut omnia profugorum bona, statim à tempore fugæ annotentur, nec cuiquam multò minùs ipsi profugo aliquid subministretur, in verbis: Daß aller ungehorsamen außgetrettenen Unterthanen Haab und Güter jederzeit durch die Ambtleut angenommen/ auffgeschrieben/ und behalten/ auch niemands darvon nichts gegeben noch zugestellt werde/ ohn Ihr Fürstl. Gnaden sondern Befehlch und Geheiß. ordinat. Wirtemberg. *tit.* der Außgetrettenen ungehorsamen Haab und Güter sollen auffgeschrieben werden/ 2c. *fol* 47. Quæ constitutio juri quoque communi consona est; dum in Reum absentem & contumacem, sententia quidem mortis ferri nequeat, ast bona ejusdem describi, & annotari possunt. *per l. absentem. 5. D. de pœnis.* Jure namque civili contra criminis reos auffugientes talis processus observatur; Nimirum rei absentes in criminalibus Judiciis, citantur ad hunc effectum, ne innocentes, & non auditi, condemnentur *per dict. l. absentem. 5. D. de pœnis.* Quòd si in termino non compareant, annotantur, & referuntur eorum nomina in acta publica *l. absentem 6. C. de accusat.* quo facto, annotati inquiruntur, (sie werden außgeforschet) & præsidum, vel prætorum edictis sui copiam facere in judicio jubentur. *l. 1. D. de requir. reis.* Solent etiam literæ ad Magistratum loci, ubi reus moratur, mitti, quò ei innotescere possit, eum esse notatum, *per l. 1. §. præsides. l. 4. D. de requir. Reis.* Et hoc fit eo fine, quò potestatem habeant absentes sese purgandi. *per l. 1. C. dict. tit.* Interim tamen absentium & confugorum bona annotantur, ne quidpiam ipsis mittatur, damit ihnen nichts außgefolget werde. *per l. ult. D. dict. tit.* Quòd si à die anno-

annotationis infra annum contumaciter se absentent, nec se purgent, bona eorum fisco irrevocabiliter vendicantur. *l. 1. & 2. C. dict. tit. l. un. §. 2. D. ad l. Iul. de ambit.* vide de hoc processu contra absentes Farinac. *tit. 1. quæst. 11. Cocheran. decis.* 105. Vultejum *discept. scholast. cap.* 11. Sixtin. *de Regalib. lib. 2. cap. 12. num.* 36. Sigismund. Flach. *in colleg. crim. disput. 4. thes.* 33. Matth. Coler. *decis.* 108. *num. 1. qui. num. 2. & seqq.* Ubi processum juris Saxonici in absentes refert.

15. Hinc quæritur, *An Subditi Wirtembergici Bona, si homicidium non dolosum commiserit, & in Reutlingense Asylum confugerit, annotari possint ad hunc effectum, ut ei nec quicquam mittere liceat, quo congruam sustentationem in Asylo habere possit?* Inspecto jure communi contra profugum, in Asylo Privilegiato existentem, nec processus institui, nec quicquam victualium rerum vel vestium denegari potest. *per dict. leg. præsenti 6. in princip. C. de his, qui ad Eccles.* Ideò nec annotatio bonorum suscipi potest, *per cap. diffinivit. ibi:* quodcunque nocibilitatis. *caus. 17. quæstion. 4.* Quoniam fuga non semper injusta, præsertim ea, quæ conservandæ vitæ causâ, & ad evitandum carceris squalorem, suscipitur. Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. num.* 39. Bocer. *de tortur. cap. 3. num.* 32. Mar. Giurba *Consil.* 43. *num. 3. & 4.* Dn. Amicus Lindenspür. *ad Ordinat. VVirtemberg fol. m.* 101. Nec pro fugitivo censendus, qui in Asylum confugerit; Nam, ut ait: (JCtus) *Qui ad statuam Cæsaris confugit, fugitivum non esse, arbitratur,* quoniam non fugiendi animo hoc facit. *l. 17. §. 12. D. de ædil. edict.* Rittershus. *de Asyl. cap. 3. num.* 26. Id quod disertè in Asyli Privilegio *Civitatis Reutlingensis* cavetur: Daß weder die/ so in solcher Freyheit sich auffhalten / noch auch ihre Güter /

ter / nicht gericht / gerechtet / geurtheilet / noch procediret werde: Quod refert Dn. Knippschild. *in tract. de Civ Imper. lib. 3 cap. 44. num. 28.* Ita in terminis nostris tradit Farinac. *de immunit. Eccles. cap. 19. num. 30.* August. Barbosa *ad d. l. præsenti. 6. num. 12. C. de his, qui ad Eccles.* Et hoc in nostro *Ducatu* observatur, nec profugorum *ad Asylum Reutlingense* bona, propter solum homicidium facile annotantur ad hunc effectum, ut ex iis nihil omnino accipiant, sicuti variis exemplis comprobari potest, nec *ipse Besoldus* ullum in contrarium exemplum meminit, in adversariis *ad ordinat. VVirtemberg.* apud Lindenspür. *fol.* 101.

16. Aliud dicendum erit, si pars læsa profugum in loco Domicilii convenire velit: Hinc quæritur; *Utrum pars læsa contra profugum in loco Domicilii, ac ubi bona sita habet, utilem Legis Aquiliæ actionem instituere possit, ad resarcienda damna & interesse, illata ratione homicidii commissi?* Ego sanè censeo, quòd per Asyli refugium *utilis legis Aquiliæ* actio non impediatur, quin ea in loco domicilii contra confugam intentari possit: Quoniam *Primò*, privilegium Asyli, vires suas ultra intentionem concedentis, extendere non debet, siquidem in privilegiis mens potiùs, & voluntas, quàm verba, spectanda sunt. *per l. 3. §. 9. D. de aliment. legat. text. in l. ult.* ibi: justum voluntatis contrahentium *(quæ res pign. oblig.)* Nec in fraudem & injuriam Tertii amplificare privilegia licet. *l. ex facto 43. D. de vulgar. & pupill substit. tot. tit. Cod. Res inter alios acta.* Gravetta *Consil. 276. num. 2. vol. 2.* Menoch. *lib. 1. præsumpt. 26.* latè Baro Enenckel. *de privileg. lib. 2. cap. 3. num. 7. & seqq. & num. 49. & seq.* Finis autem & intentio *Imperatoris concedentis* fuit, profugo reo ex imbecillitate humana securitatem aliquam indulgere, non autem Tertium hac con-

cessione

cessione lædere, ac damno aliquo afficere, *per Nov. 17. cap. 7. Nov. 34. & Nov. 117.* Ubi tradit Imperator, quòd Asyla non lædentibus, sed læsis subvenire debeant. Matth. Stephan. *in Nov. 17. num. 9.* Atqui indubitatum est, actionem ex Lege Aquiliа dari adversus quemcunque, qui damnum aliquod alicui qualiter qualiter dederit, sicuti Ulpianus respondit *in l. 1. §. non alias. 2. D. si is, qui testam. liber. esse.* Colleg. Jur. Argentor. *lib. 47. tit. 2. num. 56.* Cum alias etiam damna & interesse, quæ alterius causâ, & occasione Tertio evenerunt, resarcienda sint. *l. cum duobus 52. §. quidam. D. pro socio. l. ex parte. D. de famil. ercisc.* Ac is, qui illicitè damnum dat, ad ejusdem emendationem, & restitutionem tenetur; *l. utique. §. culpa. D. ad L. Aquil. c. fin. de homicid. num. 6.* Thesaur. *decis. 62. num. 4.* Joan Baptista Larrea *decis. Granat. tom. 2. decis. 88. num. 5.* Casp. Klock. *consil. 72. n. 41. vol. 2.* Nihil ergo impedit, quo minus actio L. Aquiliæ parti, ex homicidio culposo, læsæ, quoad damnum resarciendum, contra profugum competere debeat? Præsertim, cùm hoc, *pro Secundò,* haud obscuris verbis in Constitutione *Imperatoris Leonis* provisum sit, ut profugus ad Ecclesiam parti læsæ in ejus Judicis, cujus pulsatur sententia, examine, sive per se, s. per procuratorem, respondere teneatur. *per l. præsenti. 6. §. cum autem. 3. cum § seqq. C. de his qui ad Eccles. confug.* Id quod clarè corroboratur, *Tertio, Callistrati responso,* quo prohibitum esse, ait, ad statuas, vel imagines principum, in alterius injuriam, confugere; *Additâ hac egregiâ ratione;* cùm enim leges omnibus hominibus æqualiter securitatem tribuant, meritò visum est, iniquum esse, in alterius potius injuriam, quàm sui defensionis gratiâ, ad Statuas principum confugere. Callistratus *in l. capitalium. 28. §. ad statuas. 7. D. de pœnis.* Idem ergo dicendum est de profugo ad Asylum vel Ecclesiam,

ob paritatem rationis. Rittershuf. *de Asyl. cap.* 3. *num.* 25. Theod. Höppingk. *de jur. insign.* 11. Confirmat hanc resolutionem, *Quartò, cap. id constituimus.* 36. *caus.* 17. *quæst.* 4. Ubi ad literam dicitur: *Sed nec alteri profugum consignare licet, nisi datis Sacramentis, quod de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere sit securus, ita tamen, ut ei, cui Reus fuerit criminosus, de Satisfactione conveniat. Ubi Archidiacon. Bellemera. Turrecremata. & Canon. communiter*; Quo facit *cap. de raptoribus. caus.* 36. *quæst.* 1. *Rationem* elegantem hac in quæstione adducit Corserius *in Capella Tholosana.* Quoniam immunitas Ecclesiæ concessa, quoad vitam, vel membra fugientis, non debet lædere *jus Bursale* partis læsæ. Ita in terminis Farinac. *dict. tract. c.* 21. *n.* 331. Capella Tholosana Corserii *decis.* 423. *n.* 5. Steph. Guazzin. *de Reorum defens. c.* 37. *n.* 72. August. Barbos. *ad dict. cap. id constituimus.* 36. *n.* 2. *caus.* 17. *q.* 4. Besold. *ad leg* 3. *tit.* 1. *digest. lib.* 1. *q.* 25. Christ. Leibfrid. *dict. dissert. th.* 17. *tit. C.* Sunt qui distinguunt, An in loco domicilii, vel ubi majorem partem bonorum habet, profugus competenti actione conveniri possit; An verò necessariò in loco Asyli, tanquam in foro privilegiato, actione pulsandus sit?

17. Quæritur ulteriùs, *Quid verò agendum creditori, si profugum debitorem suum actione civili convenire desiderat, ut debitum solvat?* Teneturne creditor *debitorem in loco Asyli insequi, & ibidem actione aliqua compellere, ut solvat?* Hunc casum satis intricatè deducit Georg. Rittershuf. *de Asylis. cap.* 7. *num.* 13. *& seqq.* Clariùs decisionem & dilucidationem ex *Matthia Stephano* breviter subjiciam. Si creditor actionem civilem, ratione debiti, aut negotii alicujus, contra Profugum intentare velit, eundem à loco sacro, aut Asylo abstrahere non potest, multò minus ad carceres rapere; Quoniam profugus tacitâ quadam loci sancti

cti interceſſione defenditur. *per can. eos, qui diſt.* 97. Sed Reum in jus vocare, ſeu citare licet, eumque cogere tunc poterit, ut vel ipſe (miſſo tamen ſalvo conductu) compareat, aut procuratorem mittat; Quod ſi ipſe in perſona, vel per procuratorem, comparuerit, tunc in condemnatum more judicario fit executio: Et quidem ſi actio Realis, ſtatim à tempore latæ ſententiæ, ſin perſonalis, poſt quatuor menſes, ſecundùm *l.* 2. *&* 3. *C. de uſur. rei judic.* Sin verò debitor profugus ad Aſylum, legitimè citatus in judicio non compareat, nec per ſe, nec per procuratorem; Quo caſu profugus non quidem ab Aſylo extrahitur, ſed ejusdem ſecuritate gaudere permittitur, aſt nihilominus ſolitus Judiciorum ordo ſervatur, & ob contumaciam debitoris profugi, miſſio fit in bonorum poſſeſſionem, habitâ prius diligenti perquiſitione bonorum mobilium, & ſe moventium, ſecundùm ea, quæ conſtituit & definivit *Imperator Leo in l. præſenti.* 6. *eod. de his, qui ad Eccleſ. confug.* vide Azon. *ad eund. tit.* Rittershuſ. *in Novell.* 17. Nævi. Barboſa & Doctor. *ad dict. l. præſenti.* 6. Matth. Stephan. *in Novell.* 18. *num.* 8. Car. Eman. Vizzan. *de mandat. princip. cap.* 6. *num.* 33. *& paſſim.*

18. Porrò quæritur; *Quid ſi homicida profugus ad Aſylum, aliquam pecuniæ ſummam in fraudem creditorum ſecum ſumpſerit, An is ipſe cum pecunia ablata hac immunitate gaudeat?* Quod negatur, cum in alterius injuriam, ad Aſylum profugere, omnino prohibitum ſit; ſiquidem Aſyla defenſionis gratiâ profugis ſecuritatem tribuunt, non verò, ut alterum defraudent, aut injuriâ afficiant, *per text. in l. capitalium.* 28. *§. ſtatuas.* 7. *de pœnis.* Nam locus pietatis non debet patrocinari impietati, locus manſuetudinis non debet parcere crudelitati: fanum non debet ſervire profa-

nis: *per Novell.* 17. *cap.* 5. *&* 6. *Novell.* 34. *& Novell.* 117. Quo facit *lex. verum est.* 63. *§. hoc quoque. Exod.* 21. *vers.* 14. *Deut.* c. 19. *v.* 7. Matth. Steph. *ad Novell.* 17. *n.* 9. Christoph. Leibfrid. *de Asylis. thes.* 12. *lit. B.* Quod eâ quoque ratione corroboratur, quòd profugus dolosè contrectans, & secum sumens pecuniam, creditores defraudandi causâ, furtum committat. Doctores autem tradunt communiter, quòd confugiens cum re ablata ad Ecclesiam, vel Asylum, non gaudeat securitate Asyli; quoniam profugus ducendo rem furatam ad Ecclesiam, vel Asylum, dicitur rem ibi contrectare, & successivè furtum committere; vel continuare, sicuti in terminis Consil. Angel. de Castro. *inter Consil. Castrens.* 499. *num.* 1. *vol.* 2. Bartol. à Chassani *ad Consuetud. Burg. lib.* 1: *rubr.* 1. *§.* 5. *num.* 15. *fol. m.* 159. post Baldum. *in l. qui furem. tit.* 1. *D. de stat. homin.* Boër. *decis.* 13. *n.* 48. Bertazzol. *Consil. crim.* 40. *num.* 4. *vol.* 1. Quod latè Stephan. Guazzin. *dict. tract. defens. reor. defens* 1. *cap.* 37. *n.* 60. Quàmvis dissentiat Covarr. *lib.* 2. *cap.* 20. *var. resol. num.* 15. Anton. de Gamma *decis.* 171. *per tot. & alii*, qui censent, furem etiam hoc in casu gaudere Ecclesiæ immunitate; quod tamen ab aliis rectiùs declaratur, ut persona gaudere quidem possit immunitate Asyli, pecunia tamen ablata, in fraudem creditorum, à profugo aufferri debeat: Secundùm Didacum *in dict. cap.* 20. *num.* 15. Jul. Clar. *§. fin. quæst.* 38. Cæpollam. *consil. crim.* 58. *numer.* 26. *lib.* 3. Ubi tradit, ex mutatione territorii per ipsum debitorem natam esse novam actionem. Cavalcan. *in decis. vol.* 1. *in Judice, verbo Judex Ecclesiasticus num.* 13. Licèt aliter scribat Farinac. *dict. tract. num.* 55. *&* 218. Angel. *in Summa tit. de immunitat. num.* 10. Barbosa *tract. de jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 55. Anton. Diana. *part.* 6. *resol. moral. tract.* 1. *resol.* 9.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

A.

Ar-

nitate

B.

C.

Ces-

Culpa

in

Ec-

F.

Fa-

omnium

Par-

Pro-

Reus

deti

Tem-

Wan-